SACRARVM CERIMONIARVM

Ven. Monasterij & Collegij S. BERNARDI in S. SVSANNA de Vrbe Cisterciensis Ordinis

LIBRI TRES

A PETRO FVLVIO ROMANO I.V.D.

Et Basilica S. MARIÆ Maioris Presbytero Beneficiato, ac dictorum Monasterij & Collegij Visitatore laboriosè collecti.

Cum Indice Titulorum & rerum memorabilium locupletissimo.

ANNO DOMINI MDLXXXVIII.



Romæ, Apud Impressores Camerales. 1595. Superiorum Permissu.

IN, primo ex tribus libris, continentur ceremoniæ obſeruandæ, & officia celebranda in ingreſſu Monaſterij puellarum, receptione habitus Sanctæ Religionis, emiſſione ſolemnis profeſſionis, conſecratione Virginum, & Viduarum; electione, confirmatione, & benedictione Abbatiſſæ, ac viſitatione Monaſterij. Et conſequenter omnia quæ in ſanitate monialium, & puellarum exerceri debent à RR. PP. DD. Viſitatoribus deputatis à Sanctiſs. D.N. vel ab Illuſtriſs. & Reuerẽdiſs. DD. Cardinali Alexandrino, ſeu pro tempore exiſtenti Protectore Archiconfraternitatis, Monaſterij, & Collegij S. Bernardi de Vrbe.

In ſecundo quæ in earum infirmitate vſque ad obitum incluſiuè; nempe modum viſitandi infirmas, adminiſtrandi Sanctiſs. Sacramenta, Pęnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis, conferendi Sanctiſsimum Iubileũ, & comendationis animæ cum præcibus præſcriptis.

In tertio & vltimo. Quæ diuina officia, & ſacrificia poſt obitum monialium, vel puellarum celebrari debeant, cum forma Abſolutionis, & modo ſepeliendi.



INDEX

TITVLI LIBRI PRIMI

TITVLVS PRIMVS.

TITVLVS ECVNDVS.

TITVLVS TERTIVS.

TITVLVS QVARTVS.

TITV-

TITVLVS QVINTVS.

TITVLVS SEXTVS.

TITVLVS SEPTIMVS.

TITVLVS OCTAVVS.

TITVLI LIBRI SECVNDI.

TITVLVS PRIMVS.

TITVLVS SECVNDVS.

TITVLVS TERTIVS.

Aspersio

TITVLVS QVARTVS.

TITVLI LIBRI TERTII.

TITVLVS PRIMVS.

TITV-

TITVLVS SECVNDVS.

TITVLVS TERTIVS.

TITVLVS QVARTVS.

LAVS DEO.



NOMINA LIBRORVM EX QVIBVS SVNT EXCERPTI HVIVSMODI RITVS



Regula Sanctissimi Patris Benedicti cum ordinationibus, & ritibus bo. me. Don Ludouici de Torres Archiepiscopi Montis Regalis impressa Anno Domini. 1582.

Missale, Breuiarium, Sacerdotale, Pontificale, Rituale, &c. } Romanum

Ordo Roman. de Missæ, & reliquis per annum officijs.

Breuiarium & Liber vsuum } Cistercien. Ordinis

Manuale Visitatorum Fr. Fælicis Episcopi Comeñ.

Ritus Vincentij Auuicij Tudertini

Priuilegia concessa à fel. record. Sixto PP. V. & Gregorio XIIII. Venerab. Archiconfraternitati & Monasterio Sancti Bernardi de Vrbe & ab alijs summis Pontificibus etiam ordini Cistercien. & Archiconfraternitati Cathecumenorum de Vrbe.

F. MICHAEL BONELLVS
MISERATIONE DIVINA
S.R.E. EPISC. ALBANEN. CARD. ALEXANDR.

Ven. Archiconfraternitatis, & Monasterij, ac Collegij S. Bernardi Almæ Vrbis Protector, &c.



Niuersis, & singulis præsentes inspecturis, &c. Notum facimus, & attestamur dudum nos sub die 13. Decembris 1591. Inter alias constitutiones pro felici directione eorundem Monasterij, & Collegij factas præcipisse in receptione puellarum educandarum in prædicto Collegio, traditioneque habitus probationis nouitiarum, & in professione, ac benedictione Virginum, & pro tempore eligendæ Abbatissæ, nec non & in reliquis actibus fiendis in prædictis Monasterio, & Collegio seruari debere ritus Sacrarum Ceremoniarum in præsenti libro descriptos, & de mandato nostro (Collectos à R. D. Petro Fuluio V. I. D. Rom. Archipresbytero S. M. & om. SS. super Rotundam de Vrbe. Quos etiam quatenus opus sit tenore præsentium approbamus, & confirmamus, &c. omni meliori modo, &c. ac de nouo etiã obseruari mandamus, &c. quibuscunq; Non obstan. &c. In quorum, &c. Dat. in Palatio Bonello Nostræ, solitæ residentiæ, Die prima Mensis Decembris. M. D. XCIII.

F. Michael B. Card. Alexand. Episc. Alban. Prot. ss.

LIBER

LIBER PRIMVS

TITVLVS PRIMVS

Modus & ordo benedicendi puellas recipiendas in Collegio S. BERNARDI.

In die Præsentationis Beatæ Virginis Mariæ, quando recipi debent puellæ in Collegio, deducantur in exteriorem Ecclesiam indutæ simplicibus albis vestibus, & genuflexæ coram altari sic permaneant vsquequo sit Missa celebrata, qua completa cantatur Veni creator Spiritus, &c. & eo finito dicuntur preces infrascriptæ videlicet Sacerdos indutus paramentis albis incipit Pater noster quod secreto complet, deinde dicat.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Benedic Domine Ancillis istis, & inuocetur super eas nomen Sanctum tuum.

℟. Et benefacias eis in omni tempore Domine Deus noster.

℣. Sinite paruulos venire ad me.

℟. Talium est enim regnum Cælorum.

℣. Videte ne contemnatis vnum ex pusillis istis.

℟. Quia Angeli eorum semper vident faciem patris vestri, qui in cælis est.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui es humilis & humilitatis amator: innocens & innocentiæ assumptor. Qui venientibus ad te paruulis manum tuæ benedictionis imponens, talium dixisti esse Regnum Cælorum. Benedic ✠ quæsumus has puellas, quæ in hoc loco sub clypeo Beatæ & gloriosæ, semperq; Virginis Genitricis tuæ Mariæ, & Sanctorum Benedicti

& Bernardi Abbatum, ac Susannæ Virginis & Martyris hodie præsentantur; Tu Domine actus earum in bonis operibus dirige, corda corrobora, vitam sanctifica, vt te ament, te timeant, & mandata tua custodiant, ac in tua gratia & misericordia proficiant, & crescant, & ab omnibus diabolicis, & humanis insidijs tua protectione defende. Qui viuis & regnas in secula seculorum. ℟. Amē.

Pax & benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij ✠ & Spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper vobiscum. ℟. Amen.

TITVLVS SECVNDVS.

Modus & ordo recipiendi Virgines seu Viduas in Monasterio S. Bernardi, tradendiq; habitum probationis.

In primis virgo quæ est recipienda ad habitum Monichalem sec ducatur in interiorem Ecclesiā induta ordinarijs Monasterij simplicibus vestimentis albis, & habeat serta florum in capite sine iocalibus, & aliquo alio ornamento.

Quæ verò esset vidua induta sit, vt viduarū moris est, capite velamine cooperto, & genuflexa corā altari. Sacerdos celebrat Missā de Spiritu sancto, si nō occurrat festū duplex, vel de die cū commemoratione de Spiritu sancto, & eā communicat, qua finita ea existēte capite inclinato ante Sacerdotē, & genuflexa, ac habēs imaginē Crucifixi, & cereum accēsum in manibus. Sacerdos eā interrogat.

℣. Quid petis filia? Et ipsa respondeat.

℟. Domine peto recipi ad Religionem, & conuersationem Monialium Sancti Bernardi.

(Si sint plures eodē modo simul respondeant.) Domine peto, &c.

Tunc Sacerdos dicat.

℣. Poteris obseruare Regulam & modum viuēdi Monialium huius Monasterij S. Bernardi Cisterciensis Ordinis? Quæ respondeat.

℟. Cum Dei adiutorio spero quod sic.

Tunc Sacerdos dicat.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex

℟. Ex hoc nunc & vsque in seculum.

Oremus.

PRotende Domine famulæ tuæ dexteram cœlestis auxilij, vt quæ digne postulat consequi mereatur per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et dicuntur Litaniæ, vt infra fol. 7. genibus flexis vsque dum perueniatur ad ℣. Vt obsequium seruitutis nostræ tibi rationabile facias & ℟. Te rog. inclusiuè.

Et tunc Sacerdos erigit se, & (illa genuflexa manente) dicit.

℣. Vt præsentem Ancillam tuam in sāctę Religionis ingressu Recipere digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

℣. Vt eam in sanctæ Religionis proposito confirmare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

℣. Vt eā in Sāctæ Religionis seruitio bene ✠ dicere & san ✠ ctificare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

Deinde genuflectit Sacerdos, & illa etiam genuflexa permanente Litaniæ quæ supererant, reassumuntur quibus vsque ad vltimum Kyrieeleyson inclusiuè finitis, statim Sacerdos dicit.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi Domine preces nostras, & super hanc ancillam tuā spiritum tuæ bene ✠ dictionis emitte, vt cælesti munere ditata, & gratiam tuæ maiestatis possit acquirere, & benè viuendi alijs exemplum præbere, per Christum Dominum nostrū. ℟. Amen. Postea deuenit ad benedictionem indumentorum hoc modo.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum & Terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus æternorum bonorum fidelissime promissor & certissime persolutor, qui vestimentum salutis & indumentū iucunditatis tuis fidelibus promisisti, Clementiam tuam

humiliter exposcimus, vt hæc indumenta humilitatem cordis, & contemptum mundi significantia quibus famula tua sancto visibili est informanda proposito, propitius bene ✠ dicas, vt Beatæ abnegationis habitum quem te aspirante suscipiet, te protegente custodiat: & quam vestibus venerandæ Religionis induis temporaliter, Beata facias immortalitate vestiri, Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

DOmine Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor. Te subnixis precibus deprecamur, vt has vestes bene ✠ dicere, & san ✠ ctificare digneris: quas famula tua pro inditio agnoscendæ Religionis induere vult, vt inter reliquas sorores tua benedictione tibi cognoscatur esse dicata. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

EXaudi quæsumus Omnipotens Deus preces nostras, & has vestes, quas famula tua N. ad se operiendum exposcit, vberrimæ bene ✠ dictionis imbre perfunde, sicut perfudisti oram vestimentorum Aaron benedictione, vnguenti profluentis à capite in barbam, & sicut benedixisti vestes omnium Religiosorum tibi per omnia placentium, ita & has vestes quas præsens famula tua ad tibi laudabiliter seruiendum intendit assumere bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, ac præsta clementissime Pater, vt huic famulæ tuæ hæ vestes sint salutis protectio, hæ cognitio Religionis, hæ initium Sanctitatis, hæ contra omnia tela inimici robusta defensio, vt si continens perseuerauerit, sexagesimi fructus donum percipiat, & si virgo in centesimi muneris opulentia in vtraque parte perseuerante continentia dicetur. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen. Prædicta verba lineata omittuntur, quando illa, quæ accipit habitum est vidua.

Benedictio Scapularis.

Oremus.

DOmine Iesu Christe qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus vestimenti, quod Sancti Patres ad innocentiæ & humilitatis inditium, abrenunciantibus

bus seculo ferre sanxerunt: Tu ita bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris, vt hæc famula tua, quæ hoc induta fuerit indumento. Te quoque induere mereatur. Qui viuis & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Benedictio veli albi.

Oremus.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, cuius Apostolus muliebrem sexum in signum subiectionis humilitatis, & honestatis velamen super caput suũ propter Angelos habere præcepit, cuiusq; oculos tempore acerbissimæ passionis suæ ad opprobrium peccatores impij velauerunt, quæsumus propter gloriam honorandi nominis tui tam copiosam bene ✠ dictionis tuæ super his velaminibus infunde virtutem, quatenus famulam tuam illa gerentem tibi subiectam in omnibus, & cuicumque tenetur, ex ordine quem assumit efficiant, ne proprias virtutes & bona cõcernens, in gloriam elata depereat, sed in vera humilitate conseruent, & obumbrent, ab omni etiam oculos eius vanitate compescant: Demum turpissimæ mortis tuæ dulcis sponsi sui memoriã, hoc viduitatis inditium sæpè mentis eius oculis repræsentẽt, ac radicibus cordis continuè recolendam tenacius astringant: vt cum hac galea salutis tamquam socia passionis tuæ consolationem tecum æternam, & cum omni Curia cælesti semper valeat experiri. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sãcti Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Benedictio Corrigiæ.

Oremus.

OMnipotens & misericors Deus qui peccatoribus pietatis tuæ misericordiam quærentibus veniam & misericordiã tribuisti, Oramus immensam clementiam tuam, vt hanc Corrigiam bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, vt hæc famula tua, quæ pro peccatis suis ea cincta fuerit, & misericordiam implorauerit, veniam & indulgentiã tuæ sanctæ misericordiæ cõsequatur, Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Bene-

Benedictio Breuiarij.

Oremus.

DOmine Iesu Christe qui discipulos tuos orare docuisti suscipe quæsumus bene ✠ dicendo orationes famulæ tuę: & eam aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta eius oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Benedictio Candelæ.

Oremus.

DOmine Iesu Christe lux vera, qui illuminas omnem hominem venienté in hunc mundũ, effunde benedi ✠ ctionem tuam super hunc cereũ & candelam, & sancti ✠ fica lumine gratiæ tuæ, ac concede propitius: vt sicut hæc luminaria igne visibili accensa nocturnas depellunt tenebras: ita cor huius famulæ tuę inuisibili igne, idest Sancti Spiritus splendore illustratum omni vitiorum cæcitate careat, vt purgato mentis oculo, ea cernere posit, quæ tibi sunt placita, & ipsius saluti sunt vtilia: quatenus post huius seculi caliginosa discrimina ad lucem indeficientem peruenire mereatur. Per te Christe Iesu Saluator mundi qui in Trinitate perfecta viuis & regnas Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Dictis orationibus, vestes & omnia ter aspergãtur dicẽdo ℣. Asperges, &c. ac deinde semel ipsa mulier aspergatur aqua benedicta, dicendo.

Bene ✠ dicat te Dominus ex Syon, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitę tuę.

Et similiter adoleantur ter incenso dicendo.

Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

Deinde antequã deueniatur ad incisionem capillorum dicatur sub sequens oratio.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Dilectissimi fratres & sorores, Dominum nostrum Iesum Christum pro hac ancilla sua, quę ad deponendam comam capitis sui pro eius amore festinat, vt donet ei spiritum sanctum, qui habitum Religionis in ea perpetuo seruet, & à mundi impedimentis & secularibus desiderijs cor eius defendat, vt sicut mutatur in capite & vultu, ita dextera manus eius virtutis illi tribuat incrementum, & ab omni cæcitate spirituali, & humana oculos eius auertat, sibiq; æternæ gratiæ lumen infundat. Qui viuit & regnat cum Deo patre in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Hic amotis capitis ornamentis incidantur Capilli à matre Abbatissa, & interim Moniales alternatis Choris psallant. Aña. Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Psal. Conserua me Domine quoniam speraui in te, dixi Domino Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges.

Sãctis qui sũt ĩ terra eius: mirificauit omnes volũtates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

Repetitur Aña. Dñs pars hęreditatis meæ, & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Non congregabo cõuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Aña. Dñs pars hæreditatis meæ; & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Benedicam Dominũ, qui tribuit mihi intellectum insuper, & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper, & caro mea requiescet in spe.

Aña.

Aña. Dominus pars hæreditatis meæ,& calicis mei : tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.
Quoniam non derelinques animam meam in inferno : nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lętitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua, vsque in finem. Gloria Patri, &c.
Aña. Dñs pars hæreditatis meæ,& calicis mei : tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.
Capillis incisis dicatur à puella illos proijciendo.
Ego renuntio mundo, & pompis eius. Et deinde cõburantur coram populo, & interim dicatur à Sacerdote. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, vt hæc famula tua quæ hodie comam capitis pro amore diuino deposuit, in tua dilectione perpetuò maneat,& eam sine macula in sempiternum custodias. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.
Postea, antequam exuatur vestibus secularibus, dicatur à Sacerdote hæc oratio. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus propitiare peccatis nostris, & ab omni seruitute secularis habitus hanc famulam tuã emunda, vt dum ignominiam secularis habitus deponit, tua semper gratia perfruatur, & tua virtute hæreditatem consequi mereatur æternam. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amẽ.
Hic exuatur vestibus, & dicat Sacerdos.
℣. Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis qui secundũ carnem natus est, vt renoueris spiritu mẽtis tuæ. ℟. Amen.
(Si fuerint plures singulis dicitur huiusmodi.) ℣. Exuat, &c.
Nunc Puella dicit proijciendo vestes Ego renuntio mundo,& põpis eius, Et deinde Sacerdos dicit. Oremus.

DEus indulgentiarum pater, qui seueritatem tuæ districtionis temperans, indulsisti, ne filius portet iniquitatem patris, & qui mira dispensatione etiam malis bene vtens, tuæ dignationis gratiam per eos frequenter operaris, quæsumus clementiam tuam, vt huic famulæ tuæ non obsistat, quod habitũ

Reli-

Religionis per nos tāta ac tali re indignos accipit, ſed miniſterium quod per nos exterius exhibetur, tu interius per donum Sācti Spiritus exequaris. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuū, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Succeſsiue induitur veſte, & Sacerdos interim dicit.

Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundū Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. ℟. Amen.

Si fuerint plures ſingulis dicitur huiuſmodi. ℣ Induat, &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟ Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus qui per coeternum filium tuum cuncta creaſti, quiq; mūdum peccatis inueteratum per myſterium ſanctæ incarnationis eius renouare dignatus es. Te ſuppliciter exoramus, vt eiuſdem Domini noſtri gratia ſuper hanc famulam tuam ſeculo abrenuntiantē clementer reſpicere dignetur, per quā in ſpiritu mentis ſuæ renouata veterem hominē cum actibus ſuis exuat, & nouum qui ſecundum Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟ Amen. Deinde accipiat Corrigiā, & dum Abbatiſſa cingit eā, Sacerdos dicat.

Accipe Corrigiam ſuper lumbos tuos, vt ſint lumbi tui præcincti in ſignum temperantiæ & caſtitatis. In nomine Patris & Filij ✠ & Spiritus ſancti. ℟. Amen.

Si fuerint plures ſingulis dicitur huiuſmodi ℣. Accipe, &c.

Et poſtea dicat Sacerdos. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo venit ad patrem, quæſumus benigniſsimam clementiam tuam, vt hanc famulam tuam à carnalibus deſiderijs abſtractā per diſciplinæ regularis obſeruantiam deducas, & qui peccatores vocare dignatus es dicens, venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos; præſta vt hæc vox inuitationis tuæ ita in ea conualeſcat, quatenus onera peccatorum deponens, & te quàm dulcis es guſtans tua refectione ſubſtentari mereatur, & ſicut atteſtari de tuis ouibus dignatus es, agnoſce eā inter oues tuas, vt ipſa te agnoſcat, & alienum non ſequatur, ſed te, neque audiat vocem alienorum, ſed tuam, qui dicis, Qui mihi miniſtrat,

me sequatur, qui viuis & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.
* Deinde induat eam scapulari, & Sacerdos dicat.
Accipe habitum sanctæ Religionis in signum pœnitentiæ & mortalitatis, vt mortua mundo Deo viuas. In nomine Patris, & Filij ✠ & Spiritus sancti. ℟. Amen.
Si fuerint plures singulis dicitur ℣. Accipe habitum, &c.
Postea Sacerdos dicat hanc orationem.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus misericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, sine quo nihil boni inchoatur, nihilq; boni perficitur, adsint nostris humilibus precibus tuæ pietatis aures, & hāc ancillam tuam, cui in tuo sancto nomine sacræ Religionis habitum imposuimus, à mundi impedimento, & seculari desiderio defende, & concede ei, vt in hoc sancto proposito deuota persistat, vt remissione peccatorum percepta, ad electorū tuorum valeat peruenire consortium. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.
Postea dum imponitur binna in fronte antequam accipiat velum, Sacerdos dicat.

* Averte Domine Iesu Christe oculos ancillæ tuæ ne videat vanitatem, sed aperi in corde suo, vt te vitam æternam conspiciant, & in omnibus actibus suis ardenti dilectione perquirant. Qui viuis & regnas Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Si fuerint plures singulis dicitur. Auerte, &c.
Deinde imponit ei velum dicens Sacerdos.
Accipe velum super caput tuum in signum obedientiæ munditiæ, & puritatis, sitq; tibi Corona aurea gloriæ & honoris, ac opus fortitudinis. In nomine Patris, & Filij ✠ & Spiritus sancti. ℟. Amē.
Si fuerint plures singulis dicitur. Accipe velum, &c. Deinde dicit.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Adesto Domine supplicationibus nostris, & hanc famulā tuam bene ✠ dicere digneris, cui in eius capite in tuo sancto nomine velum candidum in signum puritatis mūditiæ & obedientiæ sanctæ Religionis imposuimus, vt te largiente,

& de-

& deuota in Ecclesia tua persistere, & vitam percipere mereatur æternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Cum imponit Coronam Sacerdos dicit.

℣. Certa filia bonum certamen, cursum consuma, fidei sponso tuo serua: & quasi sponsam decoret te Corona Dominus.

Deinde accipiens Pater noster, idest Coronam, & Psalterium dicat Sacerdos.

Septies in die Laudem dicat tibi, Domine Iesu Christe, vt mentem suam ad cęlestia erigens, tibi, qui es omnium in te credentium salus sempiterna, inhæreat. Qui viuis & regnas per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Nunc tradat ei Pater noster, idest Coronam & Psalterium dicens.

Accipe Librum, & signum Orationum, vt in hora contemplationis, contempta felicitate terrena, præsentem vitam dęspicias, & in desiderio futuram anhelans, cupias dissolui, & esse cum Christo. In nomine Patris & filij ✠ & Spiritus Sancti. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PReces huius ancillæ tuæ quęsumus Domine clemēter exaudi, & contra cuncta ei aduersantia dexteram maiestatis tuæ extende. Per Christū Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Postea accipiat Crucem, in manu dextera, & Sacerdos dicat.

Accipe nunc etiam Soror carissima Crucem Domini Nostri Iesù Christi, tanquam vexillum tutissimum contra omnes insidias inimici, qui super ea pro te mori dignatus est, & cum precioso sanguine suo te redemit, designantem passionem, & pænitentiam, vt crucifixa mundo cum carnis mortificatione sub iugo veræ obediētiæ vincas seculi vanitates, & post exitum præsentis vitæ possis in consortio Sanctarum Virginum cum ipso Domino Nostro Iesù Christo perenniter triumphare. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Postremo accipiat Candelā accēsam, & Sacerdos dicat.

DOmine Iesù Christe qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina faciem tuam super ancillam tuam, vt te verum lumen agnoscat, & ardenti charitatę

diligat, Qui viuis & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

* Deinde tradat ei Candelam in manu sinistra & Sacerdos dicat.

ACcipe Candelam in signum supernæ illustrationis, & inflammatæ charitatis, sitq; lucerna ardens semper in manibus tuis, vt cum venerit sponsus exire possis obuiã ei, & introire cum eo ad nuptias, In nomine Patris & Filij ✠ & Spiritus Sancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & nullum latet secretum, purifica per infusionẽ Sancti Spiritus cogitationes cordis huius ancillæ tuæ, vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus Sãcti Deus, per omnia secula seculorũ. ℟. Amẽ.

* His peractis nouitia det Crucem, & Cãdelam in manibus alterius Monialis, & cũ prostrata fuerit in terra, incipiat Sacerdos flexis genibus hymnum, Veni Creator Spiritus &c. vt habetur inf. fol. 12. quem Chorus prosequitur vsq; ad finem quo completo dicat.

℣. Emitte spiritum tuum & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Saluam fac ancillam tuam.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Syon tuere eam.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da huic ancillæ tuæ in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum

nostrum

Nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. ℞. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus miserere huic ancillæ tuæ, & dirige eam secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ, vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus qui non vis mortem peccatorum: Sed per pœnitentiam, & emendationẽ pia miseratione vitã semper inquiris, & placaris: te suppliciter deprecamur: vt huic ancillæ tuæ secularibus actibus renuncianti: largè tuæ pietatis clementiam infundere digneris, quatenus castris tuis inserta, ita tibi militando stadium vitæ præsentis percurrere valeat, vt brauium æternæ remunerationis te donãte percipiat. Per Christum Dominum Nostrum. ℞. Amen.

Postea dicat ei.

Consurge soror charissima induere fortitudinem tuam. Consurge filia Hierusalem. Solue vincula colli tui filia Syon, quia melior est vna in atrijs Domini super millia.

Hic mutatur ei nomen, & Sacerdos eam hortatur ad perseuerantiam, deinde dat benedictionem dicendo.

Benedicat te pater & filius & ✠ Spiritus sãctus benedictione qua patres nostros benedicere dignatus est Abraham, Isaac, & Iacob, & exaltet te Dominus in sanctitatem & dilectionem, & impleat omnes petitiones tuas. Qui viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. ℞. Amen.

Deinde cãtatur Sacerdote incipiẽte, & Choro prosequẽte Hym. Te Deũ laudamus, vt inf. fol. 13. & interim recipit Crucẽ, & Candelã in manibus, ac ab Abbatissa & cæteris Monialibus recipiatur ad osculum pacis. Postea genuflectit. Et hymno finito, Sacerdos dicit.

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.
℞. A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ACtiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni; & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat; & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum Noſtrum. ℟. Amen.

℣. Exaudiat nos omnipotens & Miſericors Dominus.
℟. Et cuſtodiat nos ſemper.
℟. Amen.

TITVLVS TERTIVS.

Modus, & ordo ſuſcipiendi ad profeſsionem ſorores Monaſterij S. Bernardi in Eccleſia S. Suſannæ de Vrbe, ſub regula S. Benedicti Ciſtercien. Ordinis.

COmpleto primo probationis anno, ſi ſoror fuerit ætatis legitimè emittendi profeſſionem, quod videlicet, expleuerit annum decimum ſextum iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini, Sacerdos celebrat Miſſam de Spiritu Sancto, ſi non occurrat feſtum duplex, vel de die cum commemoratione de Spiritu ſancto; & communicat ſororem. Qua finita exiſtente ipſa ſorore nouitia ante Sacerdotem genuflexa cum Candela accenſa, & Cruce in manibus, & Corona in capite Sacerdos eam interrogat.

* ℣. Quid petis filia?

℟. Domine peto recipi ad profeſſionem Monialium huius Monaſterij Sanctiſſimi Patris noſtri Bernardi.

(Si ſint plures eodem modo ſimul reſpondeant.

℣. Promittis ſtabilitatem tuam, & conuerſionem morum tuorum quantum Domino adiuuante poteris ſecundum Regulam, & Cõſtitutiones huius Monaſterij. ℟. Promitto.

(Si fuerint plures ſimul omnes reſpondeant. Promitto.

* Et deinde, vt ſupra manens genuflexa legat profeſſionem vulgari ſermone clara & intelligibili voce ita vt ab omnibus intelligatur

sui tenoris, vt sequitur.

NEl nome del Nostro Signore Giesù Christo Amē. nell'Anno della Natiuità dell'istesso Nostro Sig. Mille cinquecento ottant'otto, adi primo del presente mese di Genaro. Io Sor A. chiamata nel secolo B. figliola di M. C. & di Madōna D. Romana, faccio voto à Dio Onnipotente nel cospetto di sua Diuina Maiestà, & della Gloriosa sempre Vergine Maria, delli Sātissimi Padri nostri Benedetto, & Bernardo Abbati, di Santa Susanna Vergine, & martire, della madre Santa Scholastica, & di tutti li Santi, le Reliquie de quali sono in questo Monasterio di S. Bernardo in Santa Susanna di Roma, dell'Ordine Cistercicnse, & & prometto per solenne professione la mia stabilità, obedientia, conuersione, & riforma delli miei costumi: viuendo in pouertà, castità, & perpetua clausura secondo la Regola del Padre San Benedetto, e Constitutioni di detto Monasterio: nella presentia di voi Reuerendo Padre M. Pietro Fuluio Visitatore in luogo dell'Illustrissimo Signore Cardinale Alessandrino, Protettore, e delli altri Reuerendi Visitatori di esso Monasterio, e di voi Reuerenda madre nostra Donna Maura Abbadessa, e di tutte voi Reuerende Madri, e Sorelle Monache di detto Monasterio: Et per fede delle cose sopradette hò scritto questa professione, & sottoscrittola, & anco fattoci il segno della santissima ✠ di mia propria mano, il dì, & anno sopradetti.

Io A. manu propria.

Si fuerint plures singulæ sigillatim legant suas professiones propria manu scriptas & subscriptas ac signo Sanctissimæ Crucis munitas, si nescit scribere, aliqua alia soror nomine ipsius scribat, & illa coram populo faciat signum Sanctissimæ ✠ & legat, & deinde tradat professionem Abbatissæ.

Si nescit legere, Responso vt supra, **Promitto** Soror quæ scripsit nomine ipsius legat professionem. Postquam fuerit lecta & facturn signum Sanctissimæ ✠ per ipsam Nouitiā detur cedula professionis Abbatissæ conseruanda in filo ad hoc destinato.

Deinde dicat Sacerdos Nouitia stante genuflexa.

Oremus fratres, & sorores charissimi Dominum nostrum Iesum * Christum,

Christum, vt quod hodie soror ista ore professa est, opere fœliciter compleat.

Te item Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui tuis Discipulis asseruisti, vt quicunque vult post te venire, seipsum abneget, & suam Crucem tollens te sequatur, quæsumus, vt hanc ancillam, quæ iuxta verbum tuum seipsam abnegare, suamque Crucem tollere, & te sequi voluit, ac S. Religionis professionem nunc sponte emisit: benedicendo bene ✠ dicas, & semper ac vbique protegas, à periculis omnibus eruas, à vinculis peccatorum absoluas, dies, & actus eius in tua pace disponas, ac prospera cuncta cocedas: vt inter præsentes seculi turbines tuo semper munere gubernetur, Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu sancto viuis & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Nunc illa dicat ter hunc ℣. in modum psallendi faciendo tres capitis inclinationes postquam ℣. dixerit, Et si fuerint plures, omnes simul dicant manibus ante pectus iunctis.

℣. Suscipe me Domine secundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea.

Et Chorus respondeat ter eundem. ℣. addito vltimæ respõsioni.

℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto, sicut erat in principio, & nunc semper, & in secula seculorum. Amen.

Deinde omnes genuflectant, & illa ibidem prosternit se, & cũ pallio nigro cooperiatur, duobus cereis accensis positis ad caput, & pedes in signum vt viuat mortua, & moriatur viuẽs, & interim pulsantur campanæ tribus vicibus, vt in funere alicuius defunctæ, moris est & dicantur Letaniæ hoc ordine, duo Moniales incipiant.

* Kyrie eleison. Et Chorus respõdet Christe eleison.

Kyrie eleison. ℟. Christe audi nos.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

pater de cœlis Deus, miserere nobis.

Filii redemptor mundi Deus, miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, miserere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria. ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix. ora pro.

Sancta virgo virginum, ora pro.

Sancte

Sancte Michael. ora pro.
Sancte Gabriel. ora pro.
Sancte Raphael. ora pro.
Omnes Sancti Angeli, & Archã geli, orate pro nobis.
Omnes Sancti Beatorũ spirituũ ordines, orate pro nobis.
Sancte Ioãnes Baptista. ora pro.
Omnes Sãcti Patriarchę, & Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre, ora pro nobis.
Sancte Paule, ora pro nobis.
Sancte Andrea, ora pro nobis.
Sancte Ioannes, ora pro nobis.
Omnes Sãcti Apostoli, & Euãgelistæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes Sancti Innocentes. orate pro nobis.
Sancte Stephane, ora pro nobis.
Sancte Laurenti, ora pro nobis.
Sancte Placide, ora pro nobis.
Sancti Vite Modeste, & Crescentia, orate pro nobis.
Sancti Eleuteri, & Genesi, orate pro nobis.
Sancti Gaie, & Gabine, orate pro nobis.
Omnes Sancti Martyres, orate pro nobis.
Sancte Siluester, ora pro nobis.
Sancte Gregori, ora pro nobis.
Sancte Nicolae, ora pro nobis.
Sancte Malachia, ora pro nobis.
Omnes Sancti Pontifices & Cõfessores, orate pro nobis.
Omnes Sancti Doctores, orate pro nobis.
Sancte pater Benedicte, ora pro nobis.
Sancte pater Benedicte, intercede pro nobis.
Sancte pater Bernarde, ora pro nobis.
Sãcte pater Bernarde, intercede pro nobis.
Sãcte Dominice, ora pro nobis.
Sancte Frãcisce, ora pro nobis.
Sancte Roberte, ora pro nobis.
Sãcte Stephane, ora pro nobis.
Sancte Maure, ora pro nobis.
Omnes Sancti Sacerdotes & Leuitæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Anna, ora pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta Cæcilia, ora pro nobis.
Sãcta Catharina, ora pro nobis.
Sancta Susanna, ora pro nobis.
Sancta Susanna, intercede pro nobis.
S. Scholastica, ora pro nobis.
Omnes Sãctę virgines, & Viduę orate pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctę Dei, intercedite pro nobis.

Propitius esto, parce nobis domine.

Propitius esto, exaudi nos dñe.

Ab omni malo, libera nos dñe.

Ab omni peccato, libera nos domine.

Ab ira tua, libera nos Domine.

A subitanea & improuisa morte, libera nos Domine.

Ab insidijs diaboli, libera nos Domine.

Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera nos Domine.

A spiritu fornicationis, libera nos Domine.

A fulgure & tempestate, libera nos Domine.

A morte perpetua, libera nos Domine.

Per mysterium sanctæ incarnationis tuę, libera nos Domine.

Per aduentum tuum, libera nos Domine.

Per natiuitatẽ tuam, libera nos Domine.

Per baptismum & sanctum ieiuniũ tuũ, libera nos Domine.

Per crucem, & passionem tuam, libera nos Domine.

Per mortem & sepulturam tuã, libera nos Domine.

Per gloriosam Resurrectionem tuam, libera nos Domine.

Per admirabilem Ascensionem tuam, libera nos Domine.

Per aduentum Spiritus sancti paracliti, libera nos Domine.

In die Iudicij, libera nos Dñe.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas, Te rogamus audi nos.

Vt nobis indulgeas, Te rogamus audi nos.

Vt pacem nobis dones, Te rogamus audi nos.

Vt ad verã pœnitentiã nos perducere digneris, Te rogamus audi nos.

Vt Ecclesiam tuã sanctam regere defendere, & cõseruare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt domnum Apostolicũ, & omnes Ecclesiasticos Ordines in sancta Religione conseruare digneris, Te rog. audi nos.

Vt inimicos Sanctę Ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt Regibus & Principibus Christianis pacem, & veram cõcordiam largiri digneris, Te rogamus audi nos.

Vt cunctum populum Christianum pretioso sanguine tuo redemptum cõseruare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris, Te rog. audi nos.

Vt

Vt mẽtes nostras ad cęlestia desideria erigas, te rog. audi nos.
Vt omnibus benefactoribus nostris sẽpiterna bona retribuas, Te rogamus audi nos.
Vt animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rog. audi nos.
Vt fructus terrę dare & cõseruare digneris, Te rog. audi nos.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus audi nos.
Vt obsequium seruitutis nostræ tibi rationabile facias, Te rogamus audi nos.

Nunc Sacerdos surgit, & super illam prostratam alte dicit.

℣. Vt præsentem ancillam tuã in Sãctæ Religionis professione cõfirmare digneris. Chorus.
℟. Te rogamus audi nos.
℣. Vt eam in Sanctæ Religionis proposito stabilire digneris.
℟. Te rogamus audi nos.
℣. Vt eam in Sanctæ Religionis seruitio bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris.
℟. Te rogamus audi nos.

Deinde recumbit iterum Sacerdos, & illa manet, vt supra prostrata, & Litaniæ quæ supersunt cantantur vsque ad vltimũ Kyrie eleison.

℣. Vt nos exaudire digneris,
℟. Te rogamus audi nos.
℣. Fili Dei, ℟. Te rog. audi nos.
℣. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ℟. Parce nobis Domine.
℣. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, ℟. Exaudi nos Domine.
℣. Agnus Dei qui tollis peccata mundi. ℟. Miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.

Quibus finitis Sacerdos, stans vt supra genuflexus dicit altè Pater noster, & Secreto prosequitur vsque ad ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluam fac ancillam tuam.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxiliũ de sancto. ℟. Et de Syon tuere eã.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius charitatis ardore succensa hæc ancilla

cilla tua, stabilitatem suam tibi in hoc Monasterio promittendo, legis tuæ iugo colla submittit, concede propitius, vt in vltimô die examinis cum Sanctis ouibus in dextera iudicis locata cuncta suæ deuotionis promissa adimpleuisse lætetur.

DEus, qui hanc ancillam tuam à seculi vanitate conuersam, ad supernæ vocationis amorem accendis, pectori eius purificando illabere, & gratiam in eā qua in te perseueret infunde, vt protectionis tuæ munita præsidio, quod te donante promisit fæliciter impleat, vt suæ promisionis executrix effecta, ad ea quæ perseuerantibus in te dignatus es promittere dona pertingat.

DEus, qui Beatissimos electos tuos Benedictum, & Bernardum Abbates abstractos à mundi turbinibus tibi soli militare iussisti, tribue quæsumus huic ancillæ sub eorundem Monasterio ad tuum seruitium festinanti, & perseuerandi instantiam, & perfectionis vsque in finem victoriam. Per Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sācti Deus, per omnia secula seculorū. ℟. Amē.

His completis Sacerdos dicat ei.

Surge quæ dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

Et deinde amoueantur cerei & pallium, ac illa surgat, & genuflectat se, Et interim Sacerdos benedicit Scapulare nigri coloris, cordam, cucullam, & velum.

* Benedictio Scapularis, & Cucullæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe qui tegumē nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus vestimenti, quod Sancti Pa-

tres

tres ad innocentiæ, & humilitatis inditium abrenuntiantibus seculo ferre sanxerunt: tu ita Bene ✠ dicere, & sanctificare ✠ digneris: vt hæc ancilla tua, quæ hoc induta fuerit indumento, te quoque induere mereatur. Qui viuis & regnas Deus in secula seculorum. ℟. Amen.

Oremus.

Domine Deus bonarum dator virtutum, & omnium benedictionum largus infusor, te obnixis precibus deprecamur; vt has vestes, quas præsens ancilla tua pro forma habitus Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis ad tibi in ipso ordine laudabiliter seruiendum intendit assumere, Bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, vt inter reliquas sorores tua benedictione tibi cognoscatur esse dicata. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Cordæ aliàs Cinguli. *

Oremus.

Omnipotens & misericors Deus: qui peccatoribus pietatis tuæ misericordiam quærentibus veniam, & misericordiam tribuisti: Oramus immensam clementiam tuam, vt hanc Cordam bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris, vt hæc ancilla tua, quæ pro peccatis suis ea cincta fuerit, & misericordiam implorauerit, veniam & indulgentiam tuæ sanctæ misericordię cõsequatur. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Veli. *

Oremus.

Caput omnium fidelium Deus, & totius corporis Saluator: hæc operimenta velaminum quæ ancilla tua propter tuũ tuæq; Genitricis Beatissimæ semper Virginis Marię amorem induere vult, & suo capiti est impositura; dextera tua sancti ✠ ca: & hæc quæ per illa mysticè dantur intelligi, tua semper custodia, corpore pariter & animo incontaminato custodiant: vt

quando

quando ad remunerationem perpetuam Sanctarum cum prudentibus, & ipsa Virginibus præparata aduenerit, te perducente ad sempiternæ felicitatis nuptias introire mereatur. Qui viuis & regnas Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Deinde vestes, & omnia aspergantur Aqua benedicta dicendo.

℣. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Et etiam aspergatur ipsa mulier dicens.

℣. Benedicat te Dominus ex Syon, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Necnon adoleantur incenso dicendo.

℣. Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensũ in conspectu tuo.

Post hæc Abbatissa exuit illam scapulare albo, & dum induit nigro, Sacerdos dicit.

℣. Induat te Deus nouam creaturam, quæ secundum Deum creata est in iustitia, & sanctitate veritatis.

(Si fuerint plures singulis dicatur ℣. Induat, & similiter seqq. ℣. Mortifica, &c. Accipe habitum &c. & accipe velum, &c.

Deinde dando Cordam, & dum cingunt eam dicat.

℣. Mortifica Domine Iesu Christe carnem huius ancillæ tuæ, vt corda humilitatis, & salutis circundetur.

Successiuè imponendo Cucullam dicat.

℣. Accipe habitum Sanctæ Religionis in signum pœnitentiæ, & mortalitatis, vt mortua mundo Deo viuas, In nomine Patris & Filij ✠ & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Postea imponendo Velum dicit.

℣. Accipe ancilla Christi Velum, professionis tuæ perpetuum signaculum cum quo feliciter valeas ad regna Cœlorum peruenire. Per eundem Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

* Si verò illa quæ profitetur esset commissa (vulgo nuncupata conuersa) omittuntur ea quæ superius dicta sunt de Corda, & Velo, & ℣. Induat te, &c. Et dum induit Scapulari nigro, Sacerdos dicit ℣. Accipe habitum Sanctæ Religionis, &c. Deinde ipsa genuflectit, & accipit Crucem, ac Abbatissa illius capiti imponit Coronam, & Sacerdos interim dicit sequentem Orationem.

℣. Do-

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, totius Sanctæ Religionis origo, omnisq; professionis in te æterna saluatio suscipe quæsumus votum, professionemq; famulæ tuæ, cui in tuo Sancto nomine Sanctæ Religionis, & professionis habitum imposuimus, & concede propitius, vt professionis suæ fidem digne custodiat, & quicquid pro salute animæ suæ, cunctorumque Christifidelium fuerit deprecata, obtineat, sit te adiuuante vita probabilis; sit sapiens & humilis: sit obedientia nitens; in increpationibus immobilis; in tentationibus fortis; in iniurijs patiens: in pace alacris: in orationibus frequens: mundo huic mortua, eiusq; illecebris crucifixa. Peccata sua cum lacrymis, & suspirijs incessanter accuset, & diluat: nec sit immemor quod à te de suis factis erit in tuo tremendo iudicio iudicanda, & te omnipotentem corde, ore, & opere circumferat semper atque desideret. Doce eam Domine omnia huius vitę contemnere prospera, & non timere aduersa, ne antiquus hostis auctor perditionis eam lædat, aut perdat: sed tuæ pietatis dextera à cunctis eruat malis, atque in præsenti seculo protegat, regat atq; gubernet, vt te timeat, imitetur, & diligat, quatenus in fine suæ vitæ ad æternam, quam in te perseuerantibus promisisti gloriam peruenire mereatur, quòd ipse præstare digneris, Qui viuis & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Postmodum Moniales accendunt Candelas, & Sacerdos genuflectens incipit Hymnum.



Eni Creator Spiritus:
Mentes tuorum visita:
Imple superna gratia:
Quæ tu creasti pectora.

Nunc surgunt omnes excepta nouiter professa, & Chorus prosequitur.

Qui paraclitus diceris
Donum Dei altissimi
Fons viuus, ignis, charitas
Et spiritalis vnctio.

Tu

Tu Septiformis munere
Dexteræ Dei tu digitus
Tu ritè promiſſum patris
Sermone ditans guttura.
* Nunc datur Candela accenſa nouiter profeſſæ.
Accende lumen ſenſibus
Infunde amorem cordibus
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpetim.
Hoſtem repellas longius:
Pacemque dones protinus
Ductore ſic te præuio:
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem
Noſcamus atque Filium
Te vtriuſque Spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria Patri Domino
Natoque qui à mortuis
Surrexit; ac paraclito:
In ſeculorum ſecula. Amen.
Quo Completo dicit Sacerdos.
℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

SAncte Spiritus, qui te Deum, ac Dominum mortalibus reuelare dignatus es, immenſam tuæ pietatis gratiam poſtulamus, vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic & huic famulæ tuæ affectum deuotionis indulgeas, & quoniam tua ſapientia eſt cōdita, tua quoque prouidentia gubernetur, quàm iuxta tibi conſuetam gratiam vnctio tua de omnibus piè doceat, & per interceſſionem Beatę Mariæ

riæ ſemper Virginis,& Beati Benedicti Abbatis, quem præcipuum huius ſanctæ inſtitutionis legiſlatorem dediſti, Beati Patris noſtri Bernardi, Sanctæ Suſannæ Virginis & martyris,& aliorum Sanctorum,quorum Reliquię in Eccleſia huius Monaſterij requieſcunt(ad quorum nomina petitionem fecit) fac eam à vanitate ſęculi veraciter conuerti: & ſicut es omnium peccatorum remiſſio, ita deprimentes impietatis obligationes in ea diſſolue, & ad obſeruantiam huius ſancti propoſiti fac eam ita certantem feruere, vt in tribulationibus & anguſtijs tua indeficienti conſolatione valeat reſpirare, & quod iuſtè & piè per veram humilitatem atq; obediētiam in fraterna charitate fundata, te donante hodie promiſit, feliciter perſeuerantia compleat, quòd ipſe præſtare digneris, qui cum Deo Patre ſanctoque vnigenito filio eius Domino Noſtro Ieſu Chriſto viuis & gloriaris Deus per infinita ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos eam benedicat dicens.

Virtus perſeuerantiæ, & Benedictio Dei Patris eiuſque Filij Domini Noſtri Ieſu ✠ Chriſti, & Spiritus ſancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper tecum. ℟. Amen.

Deinde dicitur Hymnus Te Deum laudamus, & interim ipſa Monialis ſurgit, & ab Abbatiſſa, ac cæteris Monialibus recipitur ad oſculum pacis.

Poſtremo aſsignetur ei ab Abbatiſſa locus in vltimo profeſſarum gradu.

Sacerdos incipit Hymnum.

TE Deum laudamus.

Chorus proſequitur vſque ad finem.

Te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem omnis terra veneratur

Tibi omnes Angeli, tibi cæli & vniuerſæ poteſtates.

Tibi Cherubin & Seraphin inceſſabili voce proclamant.

Sanctus

Sanctus.

Sanctus Dominus Deus Sabaoth

Pleni ſunt cæli & terra maieſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum Chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per Orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia,
Patrem immensæ maiestatis.
Venerandum tuum verum & vnicum filium
Sanctum quoque paraclitum spiritum,
Tu rex gloriæ Christe
Tu Patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti Virgini vterum,
Tu deuicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna Cælorum
Tu ad dexteram Dei sedes in gloria patris.
Iudex crederis esse venturus
Dum dicitur sequens versus genuflectunt omnes.
Te ergo quæsumus tuis famulis subueni: quos pretioso sanguine redemisti.
AEterna fac cum Sanctis tuis gloria munerari
Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos, & extolle illos vsq; in æternum
Per singulos dies benedicimus te
Et laudamus nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.
Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Domine miserere nostri
Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.
In te Domine speraui, non confundar in æternum.
Hymno finito Sacerdos dicit.
℣ Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.
℟ A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.
℣ Domine exaudi orationem meam.
℟ Et clamor meus ad te veniat.
℣ Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

ACtiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere vt cuncta nostra oratio, & operatio à te sẽper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum

ſtum Dominum Noſtrum. ℟. Amen.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus.

℟. Et cuſtodiat nos ſemper. Amen.

Laus Deo.

TITVLVS QVARTVS.

De benedictione, & Conſecratione Virginum, iuxta ritum Pontificalis Romani.

BEnedictio & cõſecratio Virginum fieri debet in Epiphania Domini, vel in albis Paſchalibus, ſeu in Aſcenſione, vel in Penthecoſte, vel in ſolemnitatibus Beatæ Mariæ ſemper Virginis, aut in Natalitijs Apoſtolorum, ſeu in Dominicis diebus: Poteſt etiam fieri omni tempore vbi periculum immineret quòd non conſecratæ decederent. Ante menſem verò ſecundum diſpoſitionem Concilij Tridentini, ſeſſ. xxv. cap. xvij. de Regularibus in loco conuenienti præſententur Viſitatori deputato Virgines benedicendæ: qui de earum ætate, & propoſito ſingulariter ſingulas, videlicet, an annum xxv. compleuerint: ſi voluntatem, & propoſitum ſeruandæ virginitatis habent, diligenter inquirit; & inſuper ſeparatim cum qualibet de vita, & cõſcientia, & carnis integritate. Quo facto tempore congruo Virgines ducuntur ad locum ſolitũ ad hoc paratum, in quo expectant horam benedictionis ſuæ. Et præparantur, ac ſuper tabula poſita prope cratẽ ferream locãtur, pro Virginibus benedicendis veſtes ſeu ſcapularia: Cucullæ: Vela: Annuli: & torques ſiue Coronæ tempore ſuo Virginibus tradendæ. *

Deputantur Paranymphæ, quæ Virgines præcedunt, & ante cratem ordinatè collocant ac deducunt ad Sacerdotem & reducunt. Ordinetur etiam papilio, aut alius locus conueniens in eadem ſtãtia, vbi adeſt Crata ſupradicta, pro celebrandis benedictionibus,

in quo Virgines ipsæ conueniant, & suo tempore se vestiunt benedictis vestibus.

Post hæc hora cõgrua Sacerdos paratus cum Diacono, & Subdiacono omnibus paramentis, vel loco Diaconi aliquo alio Sacerdote induto superpelliceo, qui possit dicere Antiph. Prudentes Virgines, &c. & Reuerende Pater postulat Sancta Mater Ecclesia, &c. procedit more consueto ad Missam: & in ea vsque ad Alleluia, vel vltimum versum tractus exclusiue sicut dicendus.

* Aduertatur quòd licet huiusmodi benedictiones Põtificale Romanum dicat fieri ab Episcõpis: in hoc tamen nostro Monasterio Sancti Bernardi possunt fieri non solum ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinale Protectore, seu aliquo ex RR. DD. Visitatoribus Monasterij, sed etiã à quouis Reuerendiss. Episcopo, seu Abbate, vel simplici Sacerdote de licentia Illustrissimi D. Cardinalis Protectoris iuxta priuilegia Summorum Põtificum, & c. 48. Constit. Monasterij, & cõcordãt cap. 2. & 3. 26. q. 6. vbi dicitur, quòd quilibet Presbyter de licentia Superioris potest benedicere Abbatissã, & Virgines.

Item aduertatur, quando huiusmodi benedictio, & consecratio esset peragenda ab Illustriss. D. Card. vel aliquo Prælato habente vsum mitræ, & baculi Pastoralis, quòd tunc debent obseruari rubrices Pontificalis Romani mutatis mutandis.

Itẽ aduertatur, quòd Ecclesia Romana in aliquibus ex supradictis diebus solemnibus, nũquã mutat officiũ diei quocũq; festo duplici occurrẽte, Et propterea in illis dicetur Missa diei solemnis, & post collectam diei pro Officio benedictionis, & cõsecrationis Virginũ. Oratiõ. Da quæsumus Domine sub vno. Per Dominum Nost. &c.

Introitus.

* Tibi dixit cor meum quæsiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram ne auertas faciem tuam à me. Psal. Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo. ℣. Gloria Patri, &c. dicitur Gloria in excelsis Deo.

Oratio.

DA quæsumus Domine his famulabus tuis: quas virginitatis honore dignatus es decorare, inchoati operis consumatum effectum, & vt perfectam tibi offerant plenitudi-

 nem,

nem, initia sua perducere mereantur ad finem. Per Dominũ Nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres, de Virginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do;tãquam misericordiam consecutus à Deo, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori: noli quærere solutionem: si autem acceperis vxorem: non peccasti, & si nupserit virgo non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres. Tempus breue est. Reliquum est; & qui habent vxores tamquam non habentes sint; & qui flent, tamquam non flentes, & qui gaudent tamquam non gaudentes, & qui emunt tamquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tamquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est; sollicitus est quæ Domini sunt quomodo placeat Deo: Qui autem cum vxore est sollicitus est quæ sunt mundi: quomodo placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta, & corpore & spiritu in Christo Iesu Domino Nostro. ℟. Deo gratias.

Graduale.

MIserere mei Deus miserere mei quoniam in te confidit anima mea. ℣. Misit Deus de Cœlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Dicto Graduali vel tractu vsque ad vltimũ versum exclusiuè si Alleluia non dicitur: Sacerdos accedit ad sedem positam ante Cratam, & ibi sedet capite detecto. Et si est Episcopus mitra.

Diaconus superpelliceo, vel vt supra indutus stans à sinistris Sacerdotis, vocat Virgines dicenda competẽti voce hanc Antiphonam.

Prudentes Virgines aptatæ vestras lampades, ecce sponsus venit. * Exite obuiam ei.

Virgines verò audientes vocem Diaconi: præparant se, & accendentes cereos suos; exeunt binæ, & binæ de loco illo In vestibus, quibus in Monasterio vsæ sunt: sine velis: sine mantellis, & sine cucullis: Paranymphæ verò præcedentes statuunt eas, vt faciem ad

cratam

cratam vertant, & Sacerdotem sedêtem videre possint, & ipse eas.
Tunc idem Diaconus dicit ad Sacerdotem Virginibus genuflectentibus.

Reuerende Pater, postulat sancta Mater Ecclesia Catholica Romana, vt has præsentes Virgines, seu sanctimoniales dignemini benedicere, & consecrare: & Domino Nostro Iesu Christo Summi Dei filio desponsare.

Sacerdos interrogat dicens.

Scis illas dignas esse?

Respondet Diaconus.

Quantum humana fragilitas nosse sinit: credo, & testificor, illas dignas esse ad huius onus nominis.

Tunc Sacerdos adhuc sedens dicit ad circumstantes.

Auxiliante Domino Deo Saluatore Nostro Iesu Christo: eligimus has præsentes virgines consecrare; & Domino nostro Iesu Christo desponsare.

Deinde Sacerdos vocat Virgines dicens.

Venite.

Virgines respondent.

Et nunc sequimur.

Surgentes mox seriatim veniunt aliquantisper, & genua flectunt.

Tunc Sacerdos eas secundo vocat dicens.

Venite.

Virgines surgentes respondent dicentes.

Et nunc sequimur in toto corde.

Deinde procedunt etiam aliquantulũ, & genua flectunt. Tunc Sacerdos tertio vocat eas dicens.

Venite, audite me, timorem Domini docebo vos.

Virgines vero surgentes respondent dicentes Antiphonam.

Et nunc sequimur te in toto corde: timemus te, & quærimus faciẽ tuam videre. Domine ne confundas nos, sed fac nobis iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

Et præmissa dicentes Virgines, & magis appropinquantes accedũt prope Cratam, vbi omnes coram Sacerdote congruo tamen spatio distantes ab eo, in modum Coronę à Paranymphis ordinatæ genufle-

nuflectunt, & capita profunde quasi vsque ad terrã inclinant. Deinde capita aliquantulũ erigentes, dicunt etiam simul hunc versum.
Suscipe me Domine secundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia.
Quo dicto, Sacerdos hortatur illas publicè ad amplectendum, honorandum, & seruandum sanctæ Virginitatis propositum, & mox interrogat eas palam & communiter dicens.
Vultis in sanctæ virginitatis proposito perseuerare?
Et illæ respondent simul.
Volumus.
Tunc depositis candelis vnaquæque sigillatim genuflectit coram eo, & missis manibus iunctis inter ambas manus Sacerdotis, Sacerdos interrogat quamlibet dicens.
Promittis te perpetuò Virginitatem seruare?
Respondet illa.
Promitto.
Et Sacerdos dicit Deo gratias.
Illa vero osculatur manus Sacerdotis, surgit, & ad suum locum reuertitur, & genuflectit.
Omnibus autem sic per ordinem expeditis, & ad sua loca reuersis, & genuflexis, Sacerdos communiter omnes interrogat dicens.
Vultis benedici, consecrari, & Domino Nostro Iesu Christo Summi regis filio desponsari?
Respondent omnes. Volumus.
Post hæc Sacerdos versus Altare super sedem procumbit, & ministri hinc inde genuflectunt, Virgines vero ibidem super tapeta in modum Coronæ se prosternunt, & cooperiuntur aliquo panno, ac pulsantur Campanæ, vt fit in professione, & duo Moniales incipiũt Litaniam, quã Chorus prosequitur, vt supra fol. 8. in professione.
Et postquam dictum fuerit.
℣ Vt obsequium seruitutis nostræ tibi rationabile facias, & à Choro responsum.
℟ Te rogamus audi nos, Sacerdos surgit, & vertens se ad Virgines prostratas in pristino tono dicit primo.
℣ Vt præsentes ancillas tuas Bene ✠ dicere sancti ✠ ficare, & cõse-

secra ✠ re digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

Sacerdos secundo dicit.

℣. Vt eas in sanctæ Religionis proposito; & virginitatis obseruantia conseruare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

Sacerdos tertio dicit.

℣. Vt eas cælestibus disciplinis instruere digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

Sacerdos quarto dicit.

℣. Vt dimittas quæ conscientia metuit; & adijcias, quæ Oratio non præsumit.

℟. Te rogamus audi nos.

Quibus dictis Sacerdos redit ad accubitum, Monialibus Litaniam, vbi dimiserant, reassumentibus, & perficientibus: Qua finita Sacerdos incipit Hymnum omnibus genibus flexis manētibus, & virginibus prostratis.

Veni Creator Spiritus. Et Chorus illum prosequitur, vt supra in professione, fol. 12. Quo dicto Virgines surgūnt, & ad primum locum vnde venerunt ad hoc ordinatum reuertuntur, Sacerdos verò stans benedicit Virginum vestes hoc sequenti modo dicens.

Benedictio vestium.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus æternorum bonorum fidelissime promissor, & certissime persolutor, qui vestimentum salutis, & indumentum iucunditatis æternę fidelibus tuis promisisti, clementiam tuam suppliciter exoramus, vt hæc indumenta humilitatem cordis, & contemptum mundi significantia, quibus famulæ tuæ sancto sunt visibiliter informandæ proposito: propitius bene ✠ dicas, & beatæ Castitatis habitum: quem te inspirante suscipiunt, te protegente custodiant, & quas vestimentis venerandæ promissionis induis temporaliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Chri-

Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Deus bonarum dator virtutum: & omnium benedictionum largus infusor: te obnixis precibus deprecamur, vt has vestes, quas famulæ tuæ pro indicio cognoscendæ Religionis indui se volunt: bene ✠ dicere, & sanctifi ✠ care digneris: vt inter reliquas fœminas tua benedictione tibi cognoscantur esse dicatæ. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amē.

Oremus.

EXaudi quæsumus Omnipotens Deus preces nostras, & has vestes, quas famulę tuę pro obseruādo castitatis signo ad se operiendas exposcunt, vberrimæ benedictionis imbrē perfunde sicut perfudisti orām vestimentorū Aaron benedictione vnguenti profluentis à capite in barbam, & sicuti benedixisti vestes omnium Religiosorum virorum; tibi per omnia placentium: ita & has vestes bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare dignare: & præsta clementissime pater, vt supradictis famulabus tuis sint hæ vestes salutis protectio, hæ cognitio Religionis, hæ initiū sanctitatis: hæ cōtra omnia tela inimici robusta defensio: vt centesimi muneris opulentia fructus dono; cōtinentia perseuerante ditetur. Per Christū Dominum Nostrum. ℟. Amen. Et vestes aqua benedicta aspergit, quæ portantur Virginibus ad locum, ad quem diuertunt, vbi dimissis quotidianis vestibus induunt benedictas: Sacerdos autem stans vt supra benedicit vela Virginum, dicens.

Benedictio Velorum.

Oremus.

SVppliciter te Domine rogamus: vt super has vestes capitibus ancillarum tuarum imponendas, bene ✠ dictio tua benigne descendat, & sint hæ vestes bene ✠ dictæ, & conse ✠ cratæ: i mmaculatæ, & sanctæ præsentium ancillarū tuarū. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

CApur omnium fidelium Deus, & totius corporis Saluator, hæc operimenta velaminū, quæ famulæ tuæ propter tuū: tuæque Genitricis Beatissimæ semper Virginis Mariæ

 amorem:

amorem: suis capitibus sunt impositura, dextera tua sanctifica: ✠ & hoc quod per illa mysticè datur intelligi: tua semper custodia, corpore pariter, & animo incontaminato custodiant: vt quando ad remunerationem perpetuam Sanctorum, cum prudentibus: & ipsæ Virginibus preparatæ aduenerint; te perducente ad sempiternæ felicitatis nuptias introire mereantur. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Et vela ipsa aqua benedicta aspergit, post hæc stans adhuc vt supra, Sacerdos benedicit anulos cuiuslibet Virginis, dicens.

Benedictio Anulorum.

Oremus.

CReator: Cōsecrator, & Saluator humani generis: dator gratiæ spiritualis; & largitor humanæ salutis: tu Dñe Bene ✠ dictionē tuā super hos Anulos emitte, vt quæ eos gestauerint; cælesti virtute munitæ, fidē integram, fidelitatēq; sincerā teneant, & sicut sponsæ Christi virginitatis propositum custodiant: & in castitate perpetua perseuerent, Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen. Et aqua benedicta eos aspergit: tum stans adhuc, vt supra benedicit torques, siue Coronas dicens.

Benedictio Coronarum.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine ornamenta ista: vt sint remedium salutare generi humano, & præsta, per inuocationem tui nominis: vt quæcumque ea portauerint; corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant: & si tibi fideliter seruierint: Coronam quam hæc ornamenta designant: in Cœlo percipere mereantur, per te Saluator mundi, qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Deinde eas aqua benedicta aspergit. His expletis Virgines benedictis vestibus exceptis velis indutæ redeunt ad Sacerdotem simul dicentes

dicentes Responsorium.

Regnum mundi, & omnem ornatũ seculi contempsi propter amorem Domini mei Iesu Christi, quem vidi, quem amaui, in quem credidi, quem dilexi. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Quem vidi, quem amaui, in quem credidi, quem dilexi.

Tum disponuntur à Paranymphis ante cratem coram Sacerdote, in modum Coronæ genuflexę vultibus demissis: Sacerdos verò benedicit eas, dicens.

Benedicat vos Deus Pa ✠ ter, & Fi ✠ lius & Spiritus ✠ sanctus omni benedictione spirituali. ℟. Amen. Tum versus ad eas dicit.

Oremus.

RESpice Domine propitius super has famulas tuas, vt sanctæ virginitatis propositum: quod te inspirante susceperunt: te protegente illæsum custodiant. Per Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Deinde dicit competenti voce extensis manibus ante pectus præfationem.

Per omnia sæcula seculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum.

℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

℟. Dignum & iustum est.

Verè dignum & iustum est æquum & salutare, nos tibi semper, & vbique gratias agere, Domine sancte pater omnipotẽs æterne Deus, castorum corporum benignus inhabitator, & incorruptarum Deus amator animarum: qui humanam substantiam in primis hominibus diabolica fraude vitiatam, ita in verbo tuo, per quod omnia quæ facta sunt reparas: vt eam non solum ad primæ originis innocentiam reuoces: sed etiam ad experiendam æternorum bonorum, quæ nouo in seculo sunt habenda perducas: & obstrictos adhuc conditione mortalium iam ad similitudinem prouehas Angelorum: Respice propitius Domine super has famulas tuas: quæ in manu tua continentiæ suæ propositum collocantes, tibi deuotionẽ suam offerunt, à quo & ipsæ vota sumpserunt. Quomodo enim animus

nimus mortali carne circundatus legem naturæ: libertatem licentiæ: vim consuetudinis, & stimulos ætatis euinceret, nisi tu Deus per liberum arbitrium hunc in eis amorem virginitatis clementer accenderes: tu hanc cupiditatem in earum cordibus benignus aleres: tu fortitudinem ministrares. Effusâ namque in omnes gentes gratia tua ex omni natione, quæ sub Cœlo est, in Stellarum innumerabilium numerum, noui testamenti hæredibus adoptatis,& inter cæteras virtutes, quas filijs tuis non ex sanguinibus,nec ex voluntate carnis : sed ex spiritu sancto genitis indidisti,etiam hoc donum in quasdam mentes, de largitatis tuæ fonte defluxit; vt cum honorem nuptiarum nulla interdicta minuissent, atque super sanctum coniugium nuptialis benedictio permaneret: existerent tamē sublimiores animæ, quæ viri atq; mulieris copulam fastidirent: & connubij concupiscerent Sacramentum: nec imitarentur, quòd in nuptijs agitur, sed diligerent, quòd in nuptijs prænotatur. Agnouit auctorem suum beata virginitas, & æmula integritatis Angelicæ, illius thalamo,illius cubiculo se deuouit, qui sic perpetuæ virginitatis est Sponsus; quemadmodum perpetuæ virginitatis est filius. Implorantibus ergo auxilium tuum Domine, & confirmari se benedictionis tuæ consecratione cupientibus, da protectionis tuæ munimen, & regimen, ne hostis antiquus, qui excellentiora studia subtilioribus infestat insidijs ad obscurandam perfectæ continentiæ palmam, per aliquam mentis serpat incuriam, & rapiat de proposito Virginum: quod etiam moribus decet inesse nuptiarum. Sit in eis Domine per donum Spiritus tui prudens modestia; sapiens benignitas; grauis lenitas: casta libertas: in charitate ferueant, & nihil extra te diligant; laudabiliter viuant, laudariq; non appetant: Te in sanctitate corporis: te in puritate animæ suæ glorificent. Amore te timeant, amore tibi seruiant. Tu eis sis honor: tu gaudium, tu voluptas: tu in mœrore solatium; tu in ambiguitate consilium; tu in iniuria defensio;in tribulatione patiētia; in paupertate abundantia; in ieiunio cibus; in infirmitate medicina: in te habeant omnia,quæ diligere appetant,& super omnia. Per te quod sunt professæ custodiāt Scrutatori pectorū,non tm̄ corpore placituræ,sed & mēte:Et hostem antiquum deuincāt,& vitiorum

rum

rum squalores expurgent. Transeant in numerum puellarum sapiẽtum, vt cœlestem sponsum virtutum accensis lampadibus cum oleo præparationis expectent. Nec turbatæ ex improuiso regis aduentu; sed securæ cum lumine, & prudentum Virginum Choro iunctæ iocundanter occurrant. Et ne excludantur cum stultis, sed regalem ianuam cum sapientibus Virginibus licenter introeant, & in agni tui perpetuò comitatu probabiles mansura castitate permaneant. Quatenus centesimi fructus vbertate, & brauio Virginitatis te donante decorari mereantur.

Quòd sequitur dicit planè legendo, ita tamen, quòd à circumstantibus audiatur. Per eundẽ Dominũ Nostrũ Iesum Christũ filiũ tuũ, qui tecũ viuit & regnat in vnitate spiritus Sancti Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Tum dicit Sacerdos.

Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, quia concupiuit rex speciem tuam. Quo finito surgunt Virgines, & præsentantur à Paranymphis Sacerdoti, coram quo humiliter genuaflectunt dicentes simul Antiphonam.

Ancilla Christi sum, ideo me ostendo seruilem habere personam.

Qua dicta Sacerdos sedet, & interrogat illas palam dicens.

Vultis persistere in sancta virginitate quàm professæ estis?

Et illę simul respondent, Volumus.

Tum imponit velum super caput cuiuslibet, quod dependeat super scapulas, & super pectus, & vsque ad oculos singulis dicens.

Accipe virgo velamen sacrum, quòd perferas sine macula ante tribunal æterni Iudicis, cui flectitur omne genu; cœlestium, terrestrium, & infernorum, quo cognoscaris mũdum cõtempsisse; & te Christo Iesu veraciter humiliterq; toto cordis annixu sponsam perpetualiter subdidisse; qui te ab omni aduersitate defendat, & ad vitam æternam perducat. ℟. Amen. *

Omnibus velatis simul genuflexæ, vt erant, cantent Antiph.

Posuit signum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam. Quo facto reducuntur à Paranymphis ad loca ordinis sui vbi prius erant.

Sed viduæ castitatem professæ consecratum velum de Altari accipiant: & ipsæ sibi non Sacerdos imponat, vt dicitur infra fol. 54. in ordine consec. viduæ. Omnibus autem sic velatis, & ad loca sua reductis, surgit Sacerdos, & stans versus ad illas dicit.

Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

FAmulas tuas Domine custodia tuæ muniat pietatis, vt Virginitatis sanctę propositum, quod te inspirante susceperunt, te protegẽte illæsum custodiant. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Tum Sacerdos vocat Virgines dicens.

Desponsari dilecta veni; hyems transijt, turtur canit, vineæ florentes redolent.

Qua incœpta sedet, & ea finita, illæ quæ primæ venerant ad recipiendum velum præsentantur Sacerdoti à Paranymphis eo modo, & ordine sicut prius, Tunc Sacerdos accipiens Annulum cum dextera sua, & dexteram manum Virginis cum sinistra sua, & mittens Annulum ipsum digito annulari dexteræ manus Virginis desponsat illas Iesu Christo dicens singulis.

DEsponso te Iesu Christo filio summi Patris; qui te illæsam custodiat; Accipe ergo Anulum fidei signaculum Spiritus sancti; vt sponsa Dei voceris, si ei fideliter, & munde seruieris. In nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti.

Quo facto omnes simul genuflexæ dicunt Antiphonam.

Ipsi sum desponsata cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur.

Qua cantata reducuntur à Paranymphis ad loca sua; & omnes genuflexæ simul leuant in altum, & ostendunt dextras manus dicentes hanc Antiphonam.

Annulo suo subarrauit me Dominus meus Iesus Christus, & tamquam sponsam decorauit me Corona.

Deinde Sacerdos surgit, & stans versus ad illas dicit.

B e:

BEne ✠ dicat vos conditor Cœli, & terrę; Deus pater omnipotens, qui vos eligere dignatus est; ad Beatæ Mariæ Matris Domini Nostri Iesu Christi consortium. Et integrã, & immaculatam virginitatem, quàm professæ estis coram Deo, & Angelis eius conseruetis; propositum teneatis: castitatem diligatis, patientiam custodiatis, vt Coronam virginitatis accipere mereamini. Per eundem Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Post hęc Sacerdos stans iterum vocat illas dicens hanc Antiphonam.

Veni Sponsa Christi, accipe Coronam quam tibi Dominus præparauit æternum.

Incepta Antiphona sedet, & ea finita præsentantur ei à Paranymphis Virgines, vt prius coram eo genuflexæ. Ipse autem torquem siue Coronam accipiens imponit capiti eiuslibet Virginis seriatim singulis dicens.

ACcipe signum Christi in capite tuo, vt vxor eius efficiaris; & si in eo permanseris, immortalitatis gloria coroneris. Per eũdem Christum Dominum Nostrum. Et mox omnes simul dicunt hanc Antiphonam.

Induit me Dominus ciclade auro texta, & immensis Monialibus ornauit me.

Qua dicta reducuntur à Paranymphis ad loca sua, & stantes Sacerdos surgit, & stans versus ad illas dicit.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DA quæsumus omnipotens Deus, vt hæ famulæ tuæ, quæ pro spe retributionis æternę tibi Domino Deo desiderant consecrari: plena fide, animoq; in sancto proposito permaneant. Tribue eis Domine humilitatem, castitatem, obedientiam, charitatem, & omnium bonorum operum quantitatem; vt ad meritum æternæ gloriæ possint peruenire. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen. Deinde omnibus simul genuflectentibus, Sacerdos stans vt prius dicit hanc Orationem.

Ore-

Oremus.

TE inuocamus Domine ſancte pater Omnipotens æternæ Deus ſuper has famulas tuas, quæ tibi vouerunt pura mẽte: mundoq; corde ſeruire: vt eas ſociare digneris inter illos centum quadraginta quatuor milia: qui Virgines permanſerũt, & ſe cum mulieribus non coinquinauerunt: in quorum ore, ſicut dolus non eſt inuentus: ita & has famulas tuas facias permanere immaculatas vſque in finem. Per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Qua finita Virgines ſurgentes ſimul dicunt Antiphonam.

Ecce quòd concupiui iam video, quòd ſperaui iam teneo illi ſum iuncta in Cælis quem in terris poſita tota deuotione dilexi.

Poſt hæc Sacerdos iunctis ante pectus manibus dicit ſuper illas ſtantes humiliter inclinatas benedictionem.

* DEus plaſmator corporum, & afflator animarum, qui nullam ſpernis ætatem: non ſexum reprobas: nullam conditionem gratia tua ducis indignam, ſed omnium æqualis Creator es, & redemptor: tu has famulas tuas quas ex omni numero gregis bonus paſtor eligere ad conſeruandam coronam perpetuæ virginitatis, & caſtimoniam animæ dignatus es: tuæ protectionis ſcuto circumtege: & ad omne opus virtutis, & gloriæ magiſtrante ſapientia præpara: vt vincentes carnis illecebras: & licita cõnubia recuſantes, inſolubilem filij tui Domini Noſtri Ieſu Chriſti copulam mereantur. His petimus domine arma ſuggeras, non carnalia, ſed Spiritus ſancti virtute potentia: vt te muniente earum ſenſus, & membra: in earum corporibus, & animabus, non poſſint dominari peccata. atque ſub tua gratia viuere cupientibus nihil ſibi defenſor malorum, & inimicus bonorum valeat vendicare. Omnem etiam nociuum calorem imber gratiæ tuæ cæleſtis extinguat; lumen verò perpetuæ caſtitatis accendat. facies pudica ſcandalis non pateat, nec incautis occaſionem tribuat negligentia delinquẽdi. Sitq; in eis caſta virginitas; ſint ornatæ pariter, & armatæ fide integra: ſpe certa; charitate ſyncera; vt præparato animo ad continentiam virtus tanta præſtetur, quæ ſuperet diaboli vniuerſa figmenta

menta: atque contemnendo præsentia, futura sectentur: ieiunia, epulis carnalibus præferant: lectiones sacras, & Orationes conuiuijs,& potationibus anteponant: vt orationibus pastæ,& eruditionibus expletæ: illuminatæ vigilijs, opus gratiæ virginalis exerceāt: His igitur virtutū armis has famulas tuas interius, exteriusque cōmuniens,præsta in offensum cursum virginitatis implere.Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Tum stans dicit sequentem benedictionē super illas genuflectētes.

BEnedicat vos Deus Pa ✠ ter & Fi ✠ lius & Spiritus ✠ sanctus omni benedictione spirituali: vt manentes semper incorruptæ: inuiolatæ, & immaculatæ sub vestimento Sanctæ Mariæ matris Domini Nostri Iesu Christi, requiescat super vos spiritus septiformis gratiæ: spiritus sapientiæ, & intellectus: spiritus consilij, & fortitudinis; spiritus scientiæ, & pietatis, & repleat vos spiritus timoris Domini:fragiles solidet,inualidasq. confirmet, pietate alleuet, & mentes regat, vias dirigat: cogitationes sanctas instituat: actus probet: opera perficiat: charitate ædificet; sapientia illuminet: castitate muniat, scientia instruat;fide firmet;in virtute multiplicet; in sanctitate sublimet;ad patientiam præparet;ad obedientiam subdat; sobrias protegat; & pudicas in infirmitate visitet;in dolore releuet;in tentatione custodiat; in prosperitate temperet; in iracundia mitiget: in iniquitate emundet: infundat gratiam: remittat offensam: tribuat disciplinam: vt his, & similibus virtutibus fultæ, & sanctis operibus illustratæ, illa semper studeatis agere, quæ digna fiant remuneratione. Illum habeatis testem, quem habituræ estis Iudicem; & vos aptetis, vt præfulgentem gestetis in manu lampadem intraturæ sponsi thalamum: occurratis cum gaudio: & nihil in vobis reperiat fetidum: nihil sordidum:nihil occultum: nihil corruptum: nihil inhonestum: sed niueas, & candidas animas, corporaq; lucida,atque splēdida, vt cum ille dies tremendus remunerationis iustorum: retributionisq; malorum aduenerit, non inueniat in vobis vltrix flamma quod vrat; sed diuina pietas, quòd coronet; quas iam in hoc seculo conuersatio religiosa mundauit; vt ad tribunal æterni regis ascensuræ, cellasq; palatia cum ijsdem merçamini habere portionē, qui sequūtur Agnū:

& cantant canticum nouũm ſine ceſſatióne, illic percepturæ præmium poſt laborem; ſemperq; maneatis in viuentium regione, atque ipſe bene ✠ dicat vos de Cœlis, qui per Crucis paſſionem humanum genus eſt dignatus in terris redimere. Qui cum æterno Patre, & Spiritu ſancto in vnitate perfecta viuit, & regnat Deus in ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

Deinde ſedens Sacerdos publica voce anathema ponit, ne quis eas à diuino ſeruitio, quę vexillo caſtitatis ſubiectæ ſunt abducat, nullus earũ bona ſurripiat; Sed ea cum quietè poſſideat in hanc formã.

AVctoritate Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius; firmiter, & ſub interminatione anathematis inhibemus, ne quis pręſentes Virgines, ſeu ſanctimoniales à diuino ſeruitio, cui ſub vexillo caſtitatis ſubiectę ſunt abducat; nullus earum bona ſurripiat; ſed ea cum quietè poſſideat: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, maledictus ſit in domo, & extra domum: maledictus in Ciuitate, & in agro: maledictus vigilando, & dormiendo: maledictus manducando, & bibendo, maledictus ambulando, & ſedendo: maledicta ſint caro, & oſſa eius, & à planta pedis vſque ad verticem capitis nõ habeat ſanitatẽ; Veniat ſuper illum maledictio hominis, quàm per Moyſẽ in lege filijs iniquitatis Dominus permiſit. Deleatur nomen eius de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribatur: fiat pars, & hęreditas eius cũ Caym fratricida, cum Dathan, & Abyron cum Anania, & Saphira; cum Simone mago, & Iuda proditore, & cum eis, qui dixerunt Deo. Recede à nobis, ſemitas viarum tuarum nolumus. Pereat in die Iudicij; deuoret eum ignis perpetuus cum Diabolo, & Angelis eius niſi reſtituerit, & ad emendationem venerit.

Deinde ſurgit Sacerdos, & redit ad Altare, dicitur Alleluia, vel Tractus ſi ſit dicendus, Virginibus in ordine ſuo manentibus.

Alleluia. ℣. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: pſallam Domino meo quam diu ero.

Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parobolam hãc, Simile eſt Regnum Cælorum decem Virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ, Quinque autem

autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes, sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt: Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiā ei. Tunc surrexerunt omnes Virgines illæ, & ornauerunt Lampades suas: Fatuæ autem sapientibus dixerunt, date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis, & vobis: ite potius ad vendentes, & emitte vobis. Dum autem irent emere venit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: & clausa est ianua: nouissimæ verò veniunt, & reliquæ Virgines dicentes, Domine Domine aperi nobis: at ille respondens ait: nescio vos, vigilate itaque, quia nescitis diem neq; horam.

Offertorium.

SPerent in te omnes qui nouerunt nomen tuum Domine, quoniam non derelinquis quærentes te: psallite Domino, qui habitat in Syon quoniam non est oblitus orationes pauperum.

Offertorio dicto Sacerdos accedit ad Sedem positam ante cratam, & ibi sedet. Tum singulę Virgines consecratæ velatis capitibus, ad manus Sacerdotis sedentis, vt supra offerunt: coram, eo genuflexæ quælibet Cādelam accensam, & illius manum deosculantur. Deinde redit ad Altare Sacerdos, & parantur in aliqua custodia, seu vase pro Virginibus tot hostiæ quot ipsæ sunt numero, & Sacerdos eas consacrat, ac prosequitur Missam more consueto.

Oratio secreta.

OBlatis hostijs quęsumus Domine: præsentibus famulabus tuis perseuerantiam perpetuæ virginitatis accommoda: vt apertis ianuis: summi cælestis regis thalamum, cum lætitia mereantur intrare. Per Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Modus communicandi Moniales. *

Postquam Sacerdos se de corpore, & sanguine communicauerit,

& se purificauerit; antequam digitos abluat: accipit custodias in Sanctissimi Sacramēti, & præcedentibus duobus Accolitis cum intorticijs accēsis accedit ad cratem, seu fenestram deputatam pro communicandis Monialibus, & virgines consecratæ accedunt ante eā, genuflectunt in modū mediæ Coronæ. Et prima ipsarum loco omnium dicit submissa intelligibili tamen voce.

Confiteor Deo Omnipotenti; Beatæ Mariæ semper Virgini: Beato Michaeli Archangelo: beato Ioanni Baptistæ; sanctis Apostolis Petro, & Paulo: beatis Bernardo, & Susannæ, ac omnibus Sanctis; & tibi pater, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: Ideo precor beatam Mariam semper Virginem: beatū Michaelem Archangelum; beatum Ioannem Baptistam: Sanctos Apostolos Petrum, & Paulum, beatum Bernardum, & Susannam, omnes Sanctos, & te Pater orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Sacerdos stans vt supra dicitur.

Misereatur vestri Omnipotens Deus; & dimissis omnibus peccatis vestris perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotés ✠ & misericors Dominus. ℟. Amen.

Et manu dextera signum Crucis super eas producit: deinde accipit manu dextera inter pollicē, & medium vnam Hostiam, & dicit.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Tum prima virgo consecrata dicit eadem voce, ter.

Signor mio io non son degna, che voi entrate nella casa mia: ma dicendo la vostra santa parola sarà sana e salua l'anima mia. Et interim dum hæc dicit percutit pectus suum: Deinde accedit ad supremum gradum fenestræ dicta prima consecrata, & ibidem genuflectit, & Sacerdos ante faciem communicandæ cum hostia format signum Crucis, ac singulas communicat cuilibet dicens.

Corpus Domini Nostri IESV CHRISTI custodiat te, & perducat animam tuam in vitam æternam. ℟. Amen.

Omnibus cōmunicatis, ipsę Virgines genuflexę dicunt Antiphonā.

Mel,

Mel, & lac ex eius ore suscepi, & sanguis eius exornauit genas meas.

Interim Sacerdos redit ad Altare, abluit etiam super Calicem digitos; ablutionem sumit, & deinde perficit Missam. Communio.

REdime me Deus Israel ex omnibus angustijs meis. Post Communionem.

DEus qui habitaculum tuum in corde pudico fundasti; respice super has famulas tuas, & quæ castigationibus assiduis postulant, tua consolatione percipiant. Per Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, &c.

Missa finita dat benedictionem solemnem, & dicitur In principio: * deinde sedet vbi supra, & Virgines consecratæ, coram ipso genuflectunt, quas præsentat Abbatissæ, etiã coram eo genuflexæ dicens.

VIde quomodo istas consecratas Deo serues, & repræsentes immaculatas; redditura pro eis rationem ante tribunal sponsi earum venturi Iudicis.

Et quia in nonnullis Monasterijs est consuetudo, quod loco Diaconissatus, qui in quibusdam antiquis Pontificalibus habetur Virginibus consecratis, datur facultas dicendi Officium, & incipiendi horas Canonicas in Ecclesia conuenienter, id fit hoc modo. Sacerdos stans, vt supra Virginibus consecratis coram eo genuflexis dicit.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi Dñe preces nostras, & super has famulas tuas spiritum tuæ bene ✠ dictionis emitte: vt cælesti munere ditatę, & gratiam tuæ maiestatis possint acquirere, & beneuiuendi alijs exemplum præbere. Per Christũ Dominũ Nostrum. ℟. Amẽ.

Tum sedet, & tradit Breuiarium singulis illarum ambabus manibus ipsum tangentibus, & Sacerdotis manum deosculantibus, & singulis dicens: *

ACcipe potestatem legendi Officium, & incipiendi horas in Ecclesia; In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spi ✠ ritus sancti. ℟. Amen.

Dein-

Deinde Sacerdos ſurgit, & conuerſus ad Altare incipit Hymnum: Te Deum laudamus, ſupra fol. 13. quem Chorus proſequitur vſque ad finem, & interim ipſe Moniales conſecratæ ab Abbatiſſa, ac cæteris Monialibus recipiuntur ad oſculum pacis. Et Hymno finito; Sacerdos dicit.

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. A templo ſancto tuo quod eſt in Hieruſalem.

℣. Saluas fac ancillas tuas.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Syon tuere eas.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Et Sacerdos ſtans conuerſus ad Altare dicit.

ACtiones noſtras quæſumus Domine aſpirãdo præueni, & adiuuãdo proſequere, vt cũcta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtũ Dominum Noſtrum. ℟. Amen.

Deinde ſequitur dicens. Oremus.

DOmine Deus Omnipotens, qui vtrumque ſexum de interitu perpetuæ mortis, per Ieſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum de Maria Virgine natum miſericorditer redemiſti has ancillas tuas deuota tibi mente ſeruientes omni benedictione ſpirituali bene✠dicere dignare, vt integram fidem habeant, & in præceptis legis tuæ ſemper perſeuerent, terrena, & tranſitoria deſpiciant; æterna, & inuiſibilia intenta meditatione diligant, vt in numero Sanctarum Virginum permanentes, Cæleſti ſponſo cum lampadibus bonorum operum fiducialiter occurrere te ipſo præſtante mereantur. Quòd ipſæ vobis præſtare dignetur, cuius Regnum, & Imperium ſine fine permanet in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Deinde dat benedictionem dicens.

Et benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filij✠ & Spiritus ſancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper vobiſcum. ℟. Amen.

℣. Exau-

℣. Exaudiat nos Omnipotens, & miſericors Dominus.
℟. Et cuſtodiat nos ſemper. ℟. Amen.

TITVLVS QVINTVS.

ORDO

Conſecrandi, & Benedicendi Viduam, quæ fuerit caſtitatem profeſsa.

Ex ordine Romano de Miſſæ, & reliquis per annum Officijs, fol. 149.

VIdua, quæ ſoluta eſt à lege viri, ſi ſeipſam vult Deo dare, debet, & à Presbytero velari, vel etiam conſecratum ab Epiſcopo velamen, de Altari accipere, & ipſa ſibi non Epiſcopus, vel Presbyter illud debet imponere: & hoc ante Euangelium loco ſuo.

Et aduertatur quod fuerit vxor vnius viri tantum, alioquin ſi fuerit plurium conſecrari non debet.

Benedictio veſtimentórum viduæ, quæ fuerit caſtitatem profeſsa.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

VIſibilium, & inuiſibiliũ Creator Deus adeſto propitius, vt hæc indumenta ſanctitatis effigiem oſtendentia, deſuper gratia tua irrigante bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris. Per Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ, &c. Oremus.

APeri quæſumus Domine oculos maieſtatis tuæ ad benedicendum hanc viduitatis veſtem, vt quæ in ordinatis veſtibus viri ſui viſibiliter placuit, in ſacris indumenta benedictionis tuæ ſeruare mereatur. Per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit &c.

Deinde loco orationis. Reſpice Domine cum pręfatione, de qua ſupra fol. 18. Sacerdos dicat.

Incor-

INcorruptum æternitatis Domini,& inuiolabilis naturæ Dominum fratres cariſſimi ſuppliciter deprecemur,poſcentes pro Sorore noſtra,quæ corpore,ac mente perfectæ continentiæ,& pudicitiæ ſe ſeruaturam Domino deuouit, vt petenti famulæ ſuæ, ipſæ, qui eſt Iudex viduarum, perfectam tribuat continentiam. Per Dominum Noſtrum, &c.

COnſolare Domine hanc famulam tuam viduitatis laboribus conſtrictam, ſicut conſolari dignatus es Sareptanam viduam per Heliam Prophetam,concede,& pudicitiæ fructum, vt antiquarum non meminerit voluptatum, Neſciat, etiam incentiua vitiorum deſideria, vt ſoli tibi ſubdat propria colla, quo poſſit pro laboribus tantis ſexageſimo gradu percipere munus delectabile Sanctitatis, Per Dominum Noſtrum, &c.

DA quæſumus Domine, vt hæc famula tua,quæ pro ſpe retributionis æternæ, ſe tibi Domino deſiderat conſecrari, plena fide, animoque in ſancto propoſito permaneat. Tu eam omnipotẽtis Pater ſancti ✠ ficare,& bene ✠ dicere,& in perpetuum conſeruare digneris. Tribue ei humilitatem, caſtitatem, obedientiam, charitatem,& omnium bonorum operum quantitatem.Da ei Domine pro operibus gloriam,pro pudore reuerẽtiam, pro pudicitia ſanctitatem, vt ad meritum poſſit gloriç peruenire. Per Dominum Noſtrum, &c. Deinde poſt orationem;Famulas tuas, fol. 19. dicantur ſequentes.

DOmine Ieſu Chriſte omnium Deus, qui inter cætera virtutum documẽta ad ſalutem noſtram vigorem caſtitatis, & pudicitiæ reparaſti, te ſupplices exoramus,vt hanc ſororem noſtram viduam ad gratiam pietatis tuę ex toto corde conuerſam, ab omnibus tentationibus inimicorum tutam,defenſamq; cuſtodias;hæc capitis velamina ad interioris hominis tutamen perſeuerare facias. Per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

COnfirma hoc Deus, quod operatus es in vidua, vt fideliter cuſtodire valeat promiſſiones,quas promiſerat tibi, vt caſtitatem corporis, & animæ exhibere Deo valeat, & dignè occurrat, vt ſexageſimum fructum cum electis ſocijs eius participare mereatur. Per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Domi-

DOmine Deus virtutum cælestium æternæ Dominator, tibi supplices effundimus preces, vt hanc famulam tuam consecrare digneris, quam de pristina conuersatione ad nouitatem vitæ expolians veterem hominem, & induens nouum conuerti fecisti, vt sicut Anna Prophetissa multis temporibus vestibus viduitatis induta in templo gloriæ tuæ ieiunijs, & Orationibus fideliter deseruiuit; sic & hæc famula tua tibi soli Deo in Ecclesia tua deuota mente deseruiat. Per Dominum N. Iesum Christum, &c.

Postea Sacerdos auctoritate Pastorali denunciet ei pacem, & omnibus quæ illa possidet, & illa ad Missam inter velatas offerat, & communicet.

Oratio ad Missam in Natali viduæ.

DEus castitatis amator, & continentiæ conseruator, supplicationem nostram benignus exaudi, & hāc famulam tuā propitius intuere, vt quæ pro timore tuo continentiæ pudicitiam vouit, tuo auxilio conseruet, & sexagesimum fructum cōtinentiæ, & vitam æternam te largiente percipiat. Per Dominum.

Secreta.

MVnera quæsumus Domine famulæ, & sacratæ tuæ, quæ tibi ob consecrationē sui corporis offert, simul ad eius animæ medelam proficiant. Per Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, &c.

Infra agenda.

HAnc ergo oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Domine, quàm tibi offero pro incolumitate famulæ tuę ob deuotionem mentis suę pius ac propitius clementi vultu suscipias, tibi supplicātes libens protege, dignāter exaudi, diesq; nostros, ī tua pace, &c. vt in Missale.

Post Communionem.

BOnorum Deus operum institutor, famulæ tuæ cor purifica, vt nihil in ea, quòd punire, sed quòd coronare possis inuenias. Per Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

MODVS ET ORDO

Seruandus in electione Abbatissæ cum orationibus dicendis.



CVM hic agatur de electione fienda per Moniales nostri Monasterij, quæ vt plurimum linguam Latinam non rectè intelligunt, ideo vulgari sermone prosequemur:

APprossimandosi di tre, ò quattro giorni auanti il termine del fine dell'Offitio dell'Abbadessa (dapoi della presente Reuerenda Madre Donna Maura Perfetta Machabea, quale è stata constituita in vita dalla fe. me. di Papa Sisto V. nella Bolla dell'erettione del Collegio, sotto il di 15. di Luglio. 1587. * & preghiamo il Signore Iddio, che ce la cōserui lungamēte) l'Abbadessa propria conuocarà il Capitolo, esponendo alle Monache come in tal dì si hauerà da fare l'elettione della nuoua Madre Abbadessa, alla quale è necessario interuenghino li Reuer. Signori Visitatori; & perciò le preghi si voglino procedere con quella sincerità che si richiede à Religiose, non cercando se non il bene, & l'vtile commune del Monasterio, preferendo quello ad ogni commodo particolare, & ad ogni altro interesse conforme alle Constitutioni del Monasterio, & alla santa Regola del nostro Beatissimo Padre S. Benedetto, nel Capitolo 2. **Quale debbia essere l'Abbadessa nu. 3. & cap. dell'ordinatione dell'Abbadessa 64.** quali farà leggere con voce alta, & intelligibile. Et acciò si facci tale elettione meglio l'essortarà tutte à prepararsi per confessarsi, & communicarsi in tal giorno; & che faccino oratione pregando il Signore Dio, che per sua gratia si degni inspirarle à far'elettione di tal persona che sia grata à sua Diuina Maestà.

Incomincia il modo dell'elettione dell'Abbadessa.

NEL giorno, & hora deputati alla elettione dell'Abbadessa, tutte le Monache essendosi prima cõfessate ascoltaranno la Messa dello Spirito santo, & si communicarãno nel modo consueto, & il Sacerdote che celebrarà la santa Messa, sia auertito à dire in quella la seguẽte Oratione, Segreta, & post Communionem per l'elettione dell'Abbadessa. *

Oratio.

SVpplici Domine humilitate deposcimus: vt huic venerando Monasterio, & eius Collegio Sancti Bernardi concedat Abbatissam illam tua immensa pietas: quæ, & pio in sibi subditis studio semper tibi placita, & famulabus tuis pro salubri regiminẽ sit assiduè ad gloriã tui nominis reuerẽda. Per Dominũ Nostrũ.

Secreta.

QVæ nobis Domine abundancia pietatis indulgeat; vt per sacra munera, quæ tibi reuerenter offerimus, gratam Maiestati tuę Abbatissam huic sancto Monasterio, eiusque Collegio regimini præesse gaudeamus. Per Dominum Nostrum, etc.

Post Communionem.

PRetiosi Corporis, & Sanguinis tui nos Domine Sacramento refectos mirifica tuæ gratia maiestatis de illius Abbatissæ cõfessione lætificet; quæ & omnes famulas tuas sibi subditas virtutibus instruat, & earum mentes spiritualium aromatum odore perfundat. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorum. ℞ Amen. *

Dapoi si radunarãno nella Chiesa di dentro, cioè nella stãza del Capitolo appresso la Grata, & iui starãno ingenocchiate à far oratione sino che sia aperta, & fatto segno dalli Signori Visitatori (i quali staranno di fuori circa la detta Grata conforme al sacro Concilio Tridentino nella sess. xxv. Cap. 6. & 7.) tutte si porranno à sedere. Auertendo, che in quest'atto, & nelle visite, & altre attioni, deueno almeno interuenire doi Visitatori, altrimenti l'atto saria nul- *

lo, & anco s'auertà, che vno de essi sia vestito con cotta, & stola per far l'offitio seguente.)

La Madre Abbadessa, preparata con la chiaue, & sigillo del Monasterio, & con la Regola del Padre S. Benedetto, con modestia vadi a leuar la tela dalla Grata, acciò sia veduta, & odita, & inginocchiata verso li Reuerendi Signori Visitatori dica la colpa sua, renũtiando l'offitio nel seguente modo.

Modo di rinontiare l'Offitio.

DIco mia colpa Reuerendi Padri Visitatori, & venerande Madri, & sorelle che in gouernar questo santo Monasterio, a me indegna commesso, sono stata più negligente del douere circa il culto diuino, & gouerno spirituale, e temporale; & non son stata charitatiua, & essemplare, come era mio debito. Però conoscendomi hauer mancato in molte cose, vi dimando perdonanza renuntiando l'offitio mio nelle mani vostre, & consegnandoui la santa Regola, chiaue, & sigillo, pregandoui far elettione d'vna più sofficiente di me.

Detto questo, fatta riuerenza alli Reuerendi Signori Visitatori, ponga la Regola, chiaue, & sigillo appresso la grata; & il primo, o vno delli Reuerendi Signori Visitatori, facci vn poco di Sermone, ringratiando l'Abbadessa vecchia, del buon officio fatto, & pregãdogli, & promettẽdogli per la fatica durata remmeratione da Dio così nella presente, come nella futura vita, & leuato in piede, dica l'infrascritte preci, & Orationi.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini Il Choro risponda.

℟. Qui fecit Cælum, & Terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

REtribuere dignare Domine Deus noster huic famulę tuę, & omnibus nobis opere, sermone, consilio, oratione, vel intentione bona facientibus propter nomẽ sanctum tuũ

vitam æternam. Per Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum; Qui tecum, &c. Amen.

Poi alzando il braccio, & facendo il segno della santissima Croce sopra l'Abbadessa, la benedica, dicendo.

Benedictio Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti descendat super te, & maneat semper tecum. Amen.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iusti.

℞. Et gloriamini omnes recti corde.

Oremus.

COncede misericors Deus, vt intercessio Gloriosæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctorumq; omnium Apostolorũ, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium electorum tuorum nos vbique lætificet: & dum eorum merita recolimus

 patro-

le si debbia soscriuere anco dalli Reuerẽdi Signori Visitatori, & cõ sua licentia si farà nel seguente modo la benedittione dell'Abbadessa quanto prima.

TITVLVS SEPTIMVS.

Ordo benedicendi Abbatissam, secundum Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Electa in Abbatissam, & confirmata benedici potest quolibet die, sequẽti tñ modo, & nõ solũ ab Episcopo seruãdo ritus Põtificalis Romani: sed etiã à simplici Sacerdote de licẽtia Illust. & Reuerendiss. D. Card. Protectoris, seu Visitatorũ huius Monasterij, & Collegij.

✠ Sacerdos paratus omnibus ornamentis albis apud altare paratum cum sua credentia, & rebus necessarijs in Ecclesia exteriori procedit in Missa vsque ad **Alleluia** si dicitur, vel ad vltimum versum Tractus exclusiuè, Interim electa in veste sua religiosa, qua prius vsa est, poterit ad Cratam audire Missam genuflexa vnde Altare videre possit, & Sacerdotem celebrantem.

Missæ Introitus.

✠ Tibi dixit cor meum: Quæsiui vultum tuum; Vultum tuum Domine requiram: ne auertas faciem tuam à me. Psal. Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo.

℣ Gloria Patria & Filio, & Spiritui sancto, sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Tibi dixit cor meum: quæsiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram, ne auertas faciem tuam à me.

Kyrie eleison Kyrie eleison Kyrie eleison Christe eleison Christe eleison Christe eleison Kyrie eleisõ Kyrie eleison Kyrie eleison. Dicitur Gloria in Excellis Deo. Oratio.

℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. Oremus.

Da quæsumus Domine huic famulæ tuæ: quam Virginitatis honore dignatus es decorare: inchoati operis consumatum effectum, & vt perfectam tibi offerat plenitudinem,

nem, initia sua perducere mereatur ad finem. Per Dominũ N. &c.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres Dominus spiritus est, vbi autem spiritus Domini ibi libertas, Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tamquam à Domini spiritu; Ideo habentes hanc administrationem: iuxta quòd misericordiam consecuti sumus non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris: non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei; sed in manifestatione veritatis: commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. ℞. Deo gratias. Graduale.

Miserere mei Deus miserere mei, quoniã in te cõfidit anima mea, Misit de Cœlo, & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me.

Dicto Graduali vel tractu vsque ad vltimum versum exclusiue, si non dicitur.

Sacerdos accedit ad Sedem positam ante fenestram Cratæ, & ibi sedet capite detecto. *

Electa vero sibi præsentata à senioribus iuxta morem Monasterij, & coram eo genuflexa, in manibus tenens cedulam confirmationis suæ electionis cum pendente sigillo sigillatam: facit professionem obedientiæ, ac fidelitatis debitæ solitum iuramentum præstat in hunc modum clara voce.

EGo Domna N. huius Monasterij S. Bernardi, in Ecclesia Sanctæ Susannæ de Vrbe, Cisterciensis Ordinis, ordinanda Abbatissa, promitto coram Deo, & Sanctis eius, & hac solemni sororum Congregatione Fidelitatem, dignamq; subiectionem, obedientiam, & reuerentiam Sanctę Matri meæ Ecclesiæ Romanę, tibiq; Reuerendo Patri D. Petro Fuluio Visitatori in locũ Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Alexandrini Protectoris, & aliorum Reuerendorum Dominorum Visitatorum prędicti Monasterij, eorumq; successoribus secundum Sacrorum Canonum instituta, & Regulam Sanctissimi Patris Benedicti, ac Constitutiones huius Monasterij, & prout præcipit inuiolabilis auctoritas Pontificum Romanorum.

Deinde librum Euangeliorum, quem Sacerdos in gremio suo tenet apertum: inferiori parte eiusdem libri electæ versa, quem ipsa electa ambabus manibus supra scripturam tangit dicens.

Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

* Tum cedulam ipsam prius deosculando tradit Sacerdoti, qui surgit, & super sedem procumbit. Electa vero prosternit se super tapete, & duo Moniales incipiunt Litaniam, quæ est supra **fol. 8.** & Chorus eam prosequitur, in qua cum dixerint.

℣ Vt obsequium seruitutis nostræ tibi rationabile facias. ℞. Te rogamus audi nos.

Surgit Sacerdos, & versus ad electam signans dicit primo.

℣ Vt hanc præsentem electam bene ✠ dicere digneris. ℞. Te rogamus audi nos.

Deinde dicit.

℣ Vt hanc præsentem electam bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris. ℞. Te rogamus audi nos.

Tum iterum procumbit, & perficitur Litania: qua finita Sacerdos surgit, electa adhuc prostrata manente, & stans versus ad illam dicit altè.

℣. Pater noster, quod sequitur submissa voce dicit.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

℣. Saluam fac ancillam tuam Domine.

℞. Deus meus sperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

℞. Et de Syon tuere eam.

℣. Hæc accipiet benedictionem à Domino.

℞. Et misericordiam à Deo salutari suo.

℣. Memor esto Congregationis tuæ.

℞. Quam creasti ab initio.

℣. Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum.

℞. Ex hoc nunc & vsque in seculum.

℣. Dominus custodiat te ab omni malo.

℞. Custodiat animam tuam Dominus.

℣. Domine Deus virtutum conuerte nos.

℞. Et

℟. Et ostende faciem tuam, & salui erimus.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Concede quæsumus omnipotens Deus affectui nostro tuæ miserationis effectum, & hanc famulam tuam, quam ad regimen animarum eligimus, gratiæ tuæ dono prosequere: vt te largiente, cum ipsa tibi nostra electione placeamus. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Cvnctorum bonorum institutor Deus: qui per Moysē famulum tuum ad gubernandas Ecclesias tuas præpositos instituisti, tibi supplices preces effundimus, teque deuotis mentibus exoramus, vt hanc famulam tuam, quam communis electio famularū tuarum Abbatissam hodie ouium tuarum esse cōstituit, clementer respicere, & protectionis tuæ gratia munire digneris: sicque sibi subditas, commendatasq; oues regere concedas, vt cum illis Cœlorum regna adipisci mereatur: quatenus te opitulante Domine Apostolicis iugiter fulta doctrinis: centesimo cum fructu læta portas introeat Paradisi, atque te collaudante audire mereatur, Euge serua bona & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā: intra in gaudiā Domini tui, Quòd ipse præstare digneris, Qui in Trinitate perfecta viuis & regnas Deus. His dictis electa surgit, & ante Sacerdotem genuflectit, qui prosequitur manus ante pectus extensas tenens, dicens.

Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Sursum corda,
℟. Habemus ad Dominum,
℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.
℟. Dignum & iustum est,

Vere dignum & iustum est æquum & salutare, nos tibi semper, & vbique gratias agere, Domine sancte Pater, omnipotens æterne

Deus, omnium fons & origo bonorum: te suppliciter deprecamur, vt affluentem spiritum tuæ benedictionis super hanc famulam tuã nobis orantibus propitius infundas. Sacerdos imponit ambas manus extẽsas: digitis tamẽ non disiunctis super caput electæ & eas sic tenet prosequendo. Et quæ per nostræ manus hodie impositionem Abbatissa instituitur, tua sanctificatione dignè à te electa permaneat, vt nunquam postmodum à tua gratia separetur indigna. Sacerdos amouet manus de capite electæ prosequẽs ante pectus eas extensas tenens. Suscipiat te largiẽte hodie Domine in bono opere perseuerantiam; in aduersis constantiam; in tribulationibus tollerantiam, in ieiunijs desiderium; in impietatibus misericordiam: in humilitate principatum: in superbia odium: in fide dilectionem: in doctrina peruigilantiam: in castitate continentiam: in luxuria abstinentiam: in varietatibus moderantiam: in moribus doctrinam: Te auxiliãte Domine talis in hoc ministerio perseueret: qualis Leuita ab Apostolis electus Beatus Stephanus meruit perdurare. Totam ab hodierna die mundanam cõuersationem despiciat: te Domine benedictionem largiente contemnat præsentia; diligat cælestia: desideret sempiterna: Sit exemplum & forma iustitiæ: ad gubernandam, regendamq; Ecclesiam tuam fideliter: vt speculatrix idonea inter suas collegas semper inueniatur: sit magni consilij: industriosæ censuræ, efficacis disciplinæ: ita te Domine tribuente: vt in omnibus mandatis tuis sine repræhensione tibi mundo corde deseruiens, ad brauiũ supernæ vocationis multiplicato fenore, cum centesimo fructu coronaq; iustitiæ ad cælestium thesaurorum dona perueniat.

Quod sequitur dicit plane ita tamen, quod à circumastantibus audiatur. Præstante Domino Nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Tum Sacerdos, vt supra stans dicit. Oremus.

Deus, cui omnis potestas, & dignitas famulantur, da huic famulæ tuæ prosperum suæ dignitatis effectum, in quo sẽper te timeat, tibiq; iugiter placere intendat. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Ore-

Oremus.

O Mnium Domine fons bonorũ, iustorumq; promptus mu-nerator, tribue quæsumus huic famulæ tuæ adeptam dignitatem bene gerere, & à te sibi præstitam bonis operibus comprobare. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

C Oncede quæsumus omnipotens Deus huic famulæ tuæ, vt ostendendo, & exercendo, quæ recta sunt: exemplo bonorum operum, animas suarum instruat subditarum, & æternæ remunerationis mercedem à te pijssimo Pastore percipiat. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

D Omine Deus omnipotens, qui sororem Moysis Mariam præeuntẽ cum cæteris mulieribus inter equoreas aquas cũ tympanis, & Choris lętã ad litus maris venire fecisti, te supplices deprecamur pro hac fideli famula tua, quę hodie mater in Cathedra: vniuersis sibi subditis Abbatissa constituitur, vt ita Monastica, vt Canonica norma, tueatur cunctas famulas tuas sibi commissas: quatenus ad æternam gloriam te auxiliante cum illis introeat leta: ibique exultantes, & cum Angelis cantantes cantica noua. Sequantur Agnum quocunque ierit Iesum Christũ Dominum Nostrum; qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sãcti Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Quibus finitis, sedet Sacerdos, & tradit Abbatissæ benedictæ coram se genuflexæ, in manibus Regulam dicens.

A Ccipe Regulam à Sanctis Patribus traditam ad regendũ custodiendumq; gregem tibi à Deo commissum quantũ Deus ipse te confortauerit, & fragilitas humana permiserit. Accipe gregis Dominici maternam prouidentiam, ac animarum procurationem, & per diuinæ legis incedendo præcepta: sis ei Dux ad Cęlestę hęreditatis pascua, adiuuãte Domino Nostro Iesu Christo.

Et deinde surgit, & benedicit Baculum Pastoralem sibi ab Accolito præsentatum, si non sit benedictus, dicens.

reatur intrare. Per Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritu sancti Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Postquam Sacerdos se communicauerit, & purificauerit, antequam digitos abluat, poterit etiam Abbatissam benedictam coram eo genuflexam communicare, de corpore tantum, deinde purificare ordine præscripto, supra in consecratione Virginum, fol. 14. deinde prosequitur Missam vsque ad benedictionem exclusiuè.

Communio.

Redime me Deus Israel ex omnibus angustijs meis.

Post Communionem.

PVrificent nos quæsumus Domine Sacramenta quæ sumpsimus, & famulam tuam ab omni culpa liberam esse concede: vt quæ conscientiæ suæ reatu constringitur, Cælestis remedij plenitudine glorietur. Per Dominũ Nostrum, &c. Postea dicitur Ite missa est, & Placeat tibi Sancta Trinitas, &c.

Tum sedens Sacerdos tradit Baculum Pastorale Abbatissæ coram eo genuflexæ capienti illum inter Indices, & medios digitos manibus non disiunctis, Sacerdote dicente. *

ACcipe plenam, & liberam potestatem regendi hoc Monasterium, & Congregationem eius: & omnia quæ ad illius regimen interius, & exterius spiritualiter, & temporaliter pertinere noscuntur.

Deinde statuit eam in Sede ibidem ad hoc preparata dicens. Sta in iustitia, & sanctitate, & tene locum à Deo tibi delegatum; potens est enim Deus, vt augeat tibi gratiam suam. *

Tunc Sacerdos stans à dextris Abbatissæ benedictæ, versus ad Altare incipit Choro prosequente Hymnum.

Te Deum laudamus.

Et dicitur totus, prout habetur supra in fine professionis, fol. 13.

Interim dum cantatur Hymnus, Moniales omnes veniũt, & faciũt reuerentiam Abbatissæ singulariter genuflexæ ante illam; & recipiuntur ab ea benignè ad osculum: idest tangendo se mutuo cum facie: finito Hymno, Sacerdos stans vbi supra dicit.

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. A templo sancto tuo quod est in Hyerusalem.
℣. Saluam fac Domine seruam tuam.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Famulam tuam, quæsumus Domine, tua sēper gratia benedicat, & custodia muniat pietatis, vt virginitatis sanctæ propositū, quòd te inspirāte suscepit, te protegente illæsum custodiat, & inculpabilem ad vitam perducat æternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Deinde Sacerdos accedit ad medium Altaris; & facta reuerentia benedicit populo dicens.

Benedicat vos Omnipotens Deus Pater, & Filius ✠ & Spiritu Sāctus. ℟. Amen.

Et sequitur, vt moris est, Euangelium S. Ioannis. In principio erat verbum, &c. Quibus finitis vadunt omnes in pace.

LAVS DEO.

TITVLVS OCTAVVS.

ORDO
Visitationis Monasterii.

IN primis, debēt Reuerendi Patres Domini Visitatores conuocare Abbatissam Monasterij cum senioribus Monialibus ad Rotam, vel fenestram Collocutorij, eisque indicare (si id cum litteris, aut internuncio factum ante non sit) ipsos visitandi, seu alia de causa eo venisse.

Secundo, Moniales omnes Campanulæ signo in Chorum congre-

gregentur indutæ cucullis,& vestimentis congruentibus earũ professionibus; posteaque statim iubeant Visitatores Monasterij ianuam aperiri, & ingrediantur.

Et quando Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Protector voluerit ingredi Monasteriũ causa visitationis: vel alia vrgente necessitate,aduertatur,quòd (iuxta Bullam felicis recordationis Gregorij Papæ Decimitertij,anno 1581.die xxiij.Decembris, Pontificatus sui Anno decimo editam, quæ incipit, Dubijs.)Paucis,isque senioribus,ac Religiosis comitatus ingrediatur.

Intra clausuram verò ingressi, recto tramite ad Chorũ vbi Moniales sunt eant, & ibi postquam ante Altare flexis genibus orauerint, dicantur sequentes Preces, & Orationes, incipiente seniore Visitatore, & prosequentibus, ac respondentibus Monialibus.

PRECES ET ORATIONES DICENDÆ

Quando Illust.mus, & Reuer.mus D. Card. Protector, seu RR. PP. DD. Visitatores ingrediuntur Monasterium.

Sacerdos paratus superpelliceo, & stola alba, incipit dicens. Pax huic domui,& omnibus habitãtibus in ea. ℟. Amen. Deinde accepto Aspersorio Aquæ benedictæ aspergat omnes,dicens alta voce. ℣. Asperges me Domine hysopo, & mundabor, & Moniales respondent. Lauabis me & super niuem dealbabor. Psal. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria Patri. ℟. Sicut erat in principio. Et repetunt Antiphonam. Asperges me Domine hysopo, vt supra. Et cantant deinde Psal.

AD te leuaui oculos meos qui habitas in Cœlis.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus Dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ,ita oculi nostri ad Dominum Deum Nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundãtibus, & despectio superbis.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluas fac seruas tuas Domine.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Syon tuere eas.
℣. Esto nobis domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine Deus conuerte nos.
℟. Ostende faciem tuam, & salui erimus.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PRetende Domine, fidelibus tuis dexterã cęlestis auxilij: vt te toto corde perquirãt, & quæ dignè postulant consequi mereantur.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

VIsita quæsumus Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui famulas tuas in pace custodiant, & benedictio tua sit super eas semper.

DEus humilium Visitator, qui eos paterna dilectione, & Visitatione consolaris; protende his famulabus tuis gratiam Sancti spiritus, vt per eos in quibus habitas, tuum sentiãt aduentum.

Actio-

ACtiones nostras quęsumus Domine aspirando pręueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio, à te sēper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Postea fiat Commemoratio S S. quorum Corpora sunt in Ecclesia

PRO SANCTIS
Quorum corpora seu Reliquiæ sunt in Ecclesia.

Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt, & viuent nomina eorum in æternum.

℣. Iusti autem in perpetuum viuent.

℟. Et apud Dominum est merces eorum.

Oremus.

PRopitiare nobis quæsumus Domine, & his famulabus tuis per horum Sanctorum Martyrum tuorum Caij Papæ, Gabinij Presbyteri, Eleuterij Episcopi, Sebastiani, & Genesij, atq; Susānæ Virginis, & Felicitatis, quorū Corpora, & seu Reliquię in præsenti requiescunt Ecclesia, merita gloriosa, vt eorū pia intertercessione ab omnibus semper protegamur aduersis. Per Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorū. ℟. Amen.

Deinde fiant sequentes commemorationes.

Antiph. Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumq. salute.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iusti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oremus.

COncede misericors Deus, vt intercessio Gloriosæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctorumq; omnium Apostolorū, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium electorum tuorum nos vbique lætificet: & dum eorum merita recolimus

patro-

patrocinia sentiamus, ac pacem tuam nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam, iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, benefactoribus nostris sempiterna bona retribue, & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Sanctissimi Abbates, & Confessores Benedicti, & Bernardi Patres nostri, intercedite pro nobis apud Regem gloriæ.

℣. Oculi Domini super iustos.

℟. Et aures eius in preces eorum.

Oremus.

IMploret Maiestatem tuam pro nobis Beati Benedictus, & Bernardus Abbates, & Confessores tui Domine, & quos patronos donasti, fac tuis fidelibus esse tutores. Per Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, &c.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

℣. Benedicite. ℟. Deus.

BENEDICTIO.

DOminus ✠ vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam: & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Quibus absolutis faciat exhortationem de visitatione, in cuius epilogo, & conclusione dicat ipsos, propterea eo venisse, vt Monasterium paternè visitent, eius necessitatibus prouideant, disciplinam regularem, si qua in re à vera via declinarit, in pristinum restituant, & alia omnia præstent, quæ in visitandis Monialium Monasterijs fieri solent. Cumque Visitatores Monasterij statum, ac rerum necessitates cernere, & assequi non possint, nisi à Monialibus ipsis præuio examine fiāt certiores, mandare eis debēt, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, vt veritatem eorum omnium, super quibus fuerint singulæ interrogatæ (seruato tamen ordine correctionis fraternæ, c. si peccauerit, 2. q. 1.) aperire velint, iuxta conscientiæ integritatē: deinde cum Abbatissa, & senioribus Monialibus visitent Chorum, & omnes partes Monasterij. Et postea incipiant, & perficiant examen singularum Monialium secun-

dum

dum Regulam, & Constitutiones Monasterij.
His Completis Visitator, vt supra indutus superpeliceo, & stola alba iubeat Moniales omnes flexis genibus dicere Cófiteor, &c. quo finito, Visitator stans, iniuncta prius eis pœnitentia salutari septem Psalmorum pœnitentialium, cum Litanijs, & præcibus subiungat pro absolutione:

Misereatur vestri Omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris perducat vos in vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus. ℟. Amen.

ET ego auctoritate ordinaria, qua fungor, quantum mihi de iure, & vobis ex priuilegijs Apostolicis conceditur, absoluo vos ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si quod incurristis, & ab omnibus peccatis, excessibus, & delictis, ac etiam à transgresione Regulæ, & Constitutionum Monasterij, ac Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium, & singulorum vestrorum peccatorum vobis confero, & concedo, vt sitis absolutę hic, & ante tribunal D. Nostri Iesu Christi ha beatisque vitam æternam, & viuatis in secula seculorum. In nomine Patris, & ✠ Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Deinde Visitator ita benedicat eis. Benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filij ✠ & Spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper vobiscum. ℟.

℣. Exaudi atnos Omnipotens, & misericors Dominus.
℟. Et custodiat nos semper. ℟. Amen.
℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen. Quod prædicta Indulgentia plenaria concedi possit colligitur. Ex lib. Compendij priuilegiorum Ordinis verbo Visitatores, §. 5.

Deinde fiat absolutio Sororum defunctarum, & benefactorum.

Abso-

Absolutio Sororum Defunctarum, & benefactorum, &c. facienda in fine Visitationis Monasterij.

Visitator accepta stola nigra procedit ad absolutionem ordine infrascripto, videlicet Incipit Antiph. Si iniquitates, & Moniales dicunt Psalmum De profundis, & repetunt totam Antiphonam, Si iniquitates. Quibus finitis Visitator dicit Kyrie eleison; & ipsæ

℟. Christe eleison Kyrie eleison.

℣. Pater noster, quod secretè completur.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. In memoria æterna erunt iusti.

℟. Ab auditione mala non timebunt.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, vt nostræ Congregationis fratres, sorores, propinquos, & benefactores, qui ex hoc seculo trāsierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente cum Patribus nostris Benedicto, & Bernardo, ac omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

Deus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt; famulis, & famulabus tuis omnibus hic, & vbique in Christo quiescētibus, da propitius veniā peccatorum: vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur.

Absol-

ABsolue quæsumus Domine animas famulorũ, famularũq; tuarum, & omnium fidelium Defunctorum ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter Sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

LIBER SECVNDVS

TITVLVS PRIMVS.

Ordo visitandi, & confitendi Infirmas.

IN primis Confessor Monialium, cum fuerit aduisatus aliquã esse infirmam, & velle sua peccata confiteri, vel dubitari de periculo illius vitæ, ingrediatur Monasterium associatus, iuxta Constitutiones Monasterij; & cum introierit cellam infirmæ, dicat Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea. Deinde faciat exhortationem infirmæ, & illius Confessionem audiat, ac procedat ad benedictionem infirmæ hoc modo, videlicet, induat super pellicium, & stolam albam, ac accipiat asperforium cum Aqua benedicta, & dicat

℣. Asperges me Domine hyssopo. Choro, seu aliquibus Monialibus prosequentibus. *

Et mundabor lauabis me, & super niuem dealbabor. Psal. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. ℟. Amen. Et interim Sacerdos aspergit infirmam in modum Crucis, ac omnes circumstantes, Deinde supradictis finitis repetit Antiphonam.

Asperges me Domine hyssopo, &c. ac incipit benedictionem supradictam hoc modo.

 ℣. Domi-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

INtroeat quæsumus Domine Iesu Christe domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu æterna felicitas, diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa; sanitas sempiterna; effugiat ex hoc loco accessus Dæmonum; adsint Angeli pacis: Domumq. hãc deserat effugata discordia. Magnifica Domine super nos nomẽ sãctum tuum. Bene ✠ dic nostræ conuersationi: Sanctifica nostræ humilitatis ingressum. Qui Sanctus, & pius es, & permanes cum patre, & Spiritu sancto in secula seculorum. ℟. Amen.

Psalmus.

DOmine ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quoniã infirmus sum, sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde; sed tu Domine vsquequo.

Conuertere Domine, & eripe animam meam; saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui; in inferno autẽ quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes, lectum meũ lachrymis meis stratum meum rigabo.

✠ Turbatus est à furore oculus meus; inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem; quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei; conuertantur, & erubescant valde velociter. Gloria Patri &c.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sequentia Sancti Euangelij secundum Matthæum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens, Domine, Puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, & curabo eum: Et respondens Centurio ait, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alio veni, & venit, & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit. Non inueni tantam fidem in Israël. Amen dico vobis quod multi ab Oriente, & Occidente veniēt, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Cœlorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora. Deo gratias.

Oremus.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundēdo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem nominis tui benignus assiste: & famulam tuam ab ægritudine liberatam, & sanitati donatam, dextera tua erigas: virtute confirmes: potestate tuearis: atque Ecclesiæ tuæ sanctæ cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum Nostrum.

℟. Amen.

Psalmus.

COnserua me Domine, quoniam speraui in te: dixi Domino Deus meus es tu: quoniam bonorum meorū non eges.

Sanctis, qui in terra sunt eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum: insuper, & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Propter hoc lætatum est cor meum: & exultauit lingua mea: insuper, & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animā meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. Gloria Patri, &c.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelij secundum Marcum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Recumbentibus vndecim Discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eũ resurrexisse, non crediderunt, Et dixit eis, Euntes in mundum vniuersum, prædicatæ Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Qui verò non crediderit condemnabitur: Signa autem eos qui crediderint: hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis: serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquam loquutus est eis assumptus est in Cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequẽtibus signis. ℟. Deo gratias. Oremus.

VIrtutum cœlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulæ tuæ, vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen Sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Psalmus.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: proteg at te nomẽ Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto, & de Syon tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet.
Lętabimur in salutari tuo:& ĩ nomine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus Christum suum.
Exaudiet illum de Cœlo sancto suo in potentatibus salus dexteræ eius.
Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sunt, & ceciderunt; nos autem surreximus, & erecti sumus.
Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Gloria Patri, &c.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domũ Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerũt illum pro ea: Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis. Cum autem Sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. ℟. Deo gratias.

Oremus.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis infusa virtutis tuæ dignatione confirmas, vt salutaribus remedijs corpora nostra, & mentes vegetentur: super hanc famulam tuam propitius intende, vt omni necessitate corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in ea pristinæ sanitatis perfecta reparetur. Per Dominum Nostrum. ℟. Amẽ.

Psalmus.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suauis, & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in Dijs Domine, & non est secundũ opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo; & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meã ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator, & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei: da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum: vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Gloria patri, &c. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelij secundũ Ioannẽ. ℟. Gloria tibi Dñe.

IN illo tempore, erat dies festus Iudæorum, & ascẽdit Iesus Hierosolymã. Est autem Hierosolymis probatica Piscina, quæ cognominabatur Hebraicè Betsaida, quinque porticus habens: in his

In his iacebat multitudo magna languentium, cœcorum, claudorũ, & aridorum expectantium aquæ motũ: Angelus autem Domini secundum tempus descendebat in Piscinam, & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in Piscinam post motionem aquæ sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dixit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua mittat me in Piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dixit ei Iesus. Surge tolle grabatum tuum & ambula: & statim sanus factus est homo, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in illa die: dicebant ergo Iudæi illi qui sanus factus erat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me saluum fecit: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, & ambula: Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi Tolle grabatum tuum & ambula? Is autem qui sanus factus fuerat, nesciebat quis esset. Iesus autem declinauit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in Templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat.
℟. Deo gratias. Oremus.

RESpice Domine famulam tuam in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refoue, quam creasti, vt castigationibus emendata continuo se sentiat tua medicina saluata. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Psalmus.

QVi habitat in adiutorio altissimi: in protectione Dei Cœli commorabitur.
Dicet Domino susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantiũ; & à verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.
Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.
A sagitta volante in die: à negocio perambulante in tenebris; ab incursu, & dæmonio meridiano.

Ca-

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedat ad te malum; & flagellum non appropinquabit Tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ.

Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis Leonem & Draconem.

Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me, & ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meũ.

Gloria Patri, &c. Antiphona.

MEdia vita in morte sumus; quem quærimus adiutorem nisi te Domine, qui pro peccatis nostris iuste irasceris? Sancte Deus, Sancte fortis, Sanctus, & misericors Saluator amaræ morti ne tradas nos.

PRAECES.

℣. Ne proijcias nos in tempore senectutis; cum defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos Domine.

℞. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte, & misericors Saluator amaræ morti ne tradas nos.

℣. Muro tuo inespugnabili circũcinge nos Domine, & armis tuæ potentiæ protege nos semper Deus noster.

℞. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte, & misericors Saluator amaræ morti ne tradas nos.

℣. Aspice Domine de sede sancta tua, & cogita de nobis; inclina Deus meus aurem tuam, & audi; aperi oculos tuos & vide tribulationem nostram.

℞. San-

℟. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte, & misericors, Saluator amaræ morti, ne tradas nos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in secula seculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Miserere mei Deus quoniam infirmus sum.

℟. Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

℣. Post partum virgo inuiolata permansisti.

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

℣. Angelis suis Deus mandauit de te.

℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

℣. Saluam fac seruam tuam.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Syon tuere eam.

℣. Nihil proficiat inimicus in ea.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Est o ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus infirmitatẽ famulæ tuæ propitius respice, atque ad protegendum eam, dexteram tuę Maiestatis extende.

Concede hanc famulam tuã, quęsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & Gloriosæ Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumq; dispensas: concede propitius; vt quibus tibi ministrantibus in Cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur.

DEus, qui facturæ tuæ semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, & famulam tuã N. ex aduersa valetudine sui corporis laborãtem, placatus respice, & visita salutari tuo, & cœlestis gratiæ præsta ei medicinam. Per Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

* Recitatis Orationibus supradictis, Sacerdos imponat ambas manus super caput infirmæ, & dicat sequentem Orationem febricitãtibus valdè proficuam.

Oratio Sancti Vincentij.

SVper ægros manus imponent, & bene habebunt. Iesus Mariæ filius, mundi salus, & Dominus, meritis Beati Vincentij Cõfessoris sui sit tibi clemens, & propitius. ℟. Amen.

Oremus.

QVæsumus Omnipotẽs Deus, vt sicut famulo tuo Ezechiæ Regi te lachrimabiliter deprecãti ter quinos ãnos ad vitã donasti: ita hanc ancillam tuam à lecto ægritudinis tua potentia erigat, & concedat ei tantum vitæ spatium; vt omnia sua peccata valeat deplorare, & veniam, & gratiam te miserante recipere. Per Christũ Dominũ Nostrum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Initium Sancti Euangelij secundum Ioannẽ. ℟. Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo; cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quæ illu-

illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est, & mundus eum nō cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credūt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, Et habitauit in nobis, Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis.

℟. Deo gratias. Oremus.

DOminus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te conseruet: Ante te sit, vt te deducat; post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt te benedicat ✠ Qui cum Patre, & Spiritu sancto in vnitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, ✠ & Spiritus sancti descendat super te, & maneat semper tecum. ℟. Amen.

℣. Deo gratias. ℟. Semper Deo gratias.

Deinde Sacerdos exuit super pelliceum, & reuertitur ad domum suam, seruatis ordinationibus Monasterij.

TITVLVS SECVNDVS.

MODVS, ET ORDO Communicandi infirmam.

PVlsetur in primis Cāpana Capituli, & Congregatis in Choro, seu loco ad hoc deputato Monialibus cū suis cucullis, Sacerdos indutus superpelliceo, & stola alba (facta prius genu flexione) accipit custodiam Sāctissimi Sacramēti existentem in Tabernaculo Ecclesiæ exterioris, & ponit illam in loco deputato pro communicandis Monialibus, qui locus debet esse semper clausus cum duabus fenestellis ligneis, & clauibus diuersis, ac duabus candelis accensis existentibus, tam ante fenestellam exteriorem, quam etiam ante interiorem: Deinde Sacerdos deponit stolā, & superpel

liceũ, & vadit ad portã Monasterij, ac illud ingreditur seruatis ordinationibus, vt moris est; Postea accedit ad Chorum, seu locũ ad id deputatum, vbi induit se super pelliceo stola, & velo serico, ac pluuiali albo si commode haberi potest; & deinde vna cũ Monialibus candelas in manibus accensas habentibus accedit ad locũ, vbi corpus Dñini Nostri Iesu Christi posuit: ibiq; genuflexus adorat, & deinde reuerenter accipit custodiam eiusdem Sanctissimi corporis Christi cooperiens illam cum velo serico pẽdente ab eius humeris: & hoc ordine procedant ad infirmam.

* Primum præcedat aliqua Monialis, quæ Vasculum Aquæ benedictæ cum Aspersorio deferat: & tintinabulum per certa interualla pulset, Item alia quæ bursam albam Corporali, & Purificatorio inclusis, ante pectus ferat, & librum hunc: Ex quo ipse Sacerdos, quæ oporteat recitabit. Deinde alia que ferat Crucẽ, Et subsequantur: Omnes Moniales cum Candelis accensis binæ, & binę iuxta ordinem, & professionem suam submissa voce, Psalmum **Miserere mei Deus**, &c. dicentes: Postmodum quatuor Moniales seniores indutę cucullis intortitia accẽsa, in manibus gestantes, ex quibus duo præcedant, & aliæ duæ subsequantur Sacerdotem; vltimo loco Sacerdos Dominicum Corpus portans: Cum autem peruẽtum fuerit ad locum vbi iacet infirma; Sacerdos intrans cubiculum; dicat.

* ℣ **Pax huic domui. Respondent Moniales.**

℟. **Et omnibus habitantibus in ea.**

Postea Sacerdos extrahat Corporale ex bursa: & extendat super Altarino Cooperto mappa mũda iã præparato in dicto cubiculo infirmæ, cũ duabus cãdelis accẽsis, & ampullis aquæ, & vini, ac Cyatho; & ibidem superponat Custodiam Sanctissimi Sacramenti, & genuflexus adoret.

Mox surgat, & accipiens aspersorium cum aqua benedicta accedat ad ægrotam, & in modum Crucis eam aspergat aqua benedicta, deinde circumstantes, & domum dicendo.

* ℣ **Asperges me Domine hysopo, & mundabor.** Chorus.

℟. **Lauabis me, & super niuem dealbabor.** Et sequitur. Psal. **Miserere mei, Deus secundum magnam misericordiam tuam, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc,**

& sem-

& ſemper; & in ſecula ſeculorum. Amen. Et repetitur Antiph. Aſperges me Domine, &c.

Poſtea ſuper infirmam verſa facie ad Sanctiſſimum Sacramentum, dicat Sacerdos.

℣. Saluam fac ancillam tuam Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Syon tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper infirmam Sororem noſtram ✠ oſtende virtutem, vt ope miſericordiæ tuæ adiuta, Eccleſiæ tuæ ſanctæ in columis repreſentari mereatur. Per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Poſtea ſi infirma Cõmunicari debuerit pro viatico dicat Sacerdos.

Ecce Soror chariſſima Corpus Domini Noſtri Ieſu Chriſti quod tibi offerimus: Credis hoc eſſe illud in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. Et ipſa reſpondeat Credo. Alioquin hac interrogatione omiſſa infirma dicat, vel alia Soror pro ea, Cõfeſſionem, videlicet.

COnfiteor Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Michaeli Archangelo, Beato Ioanni Baptiſtæ, Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, Beatis Bernardo, & Suſanne, & omnibus Sanctis, & tibi pater, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: Ideo precor Beatam Mariam ſemper Virginẽ, Beatum Michaelem Archangelum, Beatum Ioannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum, Beatum Bernardum, & Suſannam omnes Sanctos, & te Pater orare pro me ad Dominum Deum Noſtrum.

Facta Confessione. Sacerdos dicat quæ sequuntur.

MIsereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam.
℟. Amen.

INdulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOminus Noster Iesus Christus, qui dixit Discipulis suis, quęcunque ligaueritis super terram, erũt ligata & in Cœlis, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta, & in Cœlis, de quorum numero, quamuis indignos nos esse voluit, ipse te absoluat ✠ per ministeriũ nostrũ ab omnibus peccatis tuis; quæcunque cogitatione, locutione, & operatione negligenter egisti, & à peccatorum tuorum nexibus absolutam perducat te digne tur ad regna Cœlorum. Qui cum patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Post hæc Sacerdos, si infirma communicatur pro viatico det etiam absolutionem Sãctissimi Iubilei secundum formam traditam infra fol. 47. alioquin ea omissa, Sacerdos genuflectat, & deinde de custodia accipiat Sanctissimum Sacramentum in manibus, & eleuans ipsa infirma illud adoret, ac cum deuotione, si potest, dicat ter, alioquin semel, vel ipse Sacerdos cum ea.

SIgnor mio io non son degna; che voi entrate nella casa mia: ma dite la vostra santa parola, e sarà sana, e salua l'anima mia.

Postea Sacerdos tradens infirmæ Sãctissimam Eucharistiam dicat.

COrpus Domini Nostri Iesu Christi custodiat te, & perducat animam tuam in vitam æternam.
℟. Amen.

Et si infirmam communicat pro viatico, dicat Sacerdos.

ACcipe ſoror Cariſſima Viaticũ Corporis D.N.Ieſu Chriſti: qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat ad vitam æternam. Et ægrota reſpondeat Amen.

Poſtea Sacerdos, digitis pollice, & Indice, quibus miniſtrauit, ſuper pixide ſimul iunctis, ad menſam reuertitur, vbi depoſita pixide ſuper corporale, eaq; contecta, tum facta genuflexione, ſtatim digitos, quibus Sacramentum tetigit, Vino, & Aqua abluit in Cyatho, ſeu alio vaſe non cõſecrato, tum Purificatorio abſtergit: aliqua autem Monialis præbet ægrote ablutionẽ: quam ſi ęgrota ſumere non poteſt, eam ad Eccleſiam deferet, & in ſacrarium mittet.

Facta Purificatione, Sacerdos ſtans, vt ſupra dicit manibus iunctis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, te fideliter deprecamur, vt accipienti Sorori noſtre Sacroſanctũ Corpus Domini Noſtri Ieſu Chriſti Filij tui, tam corpori, quàm anime proſit ad remedium ſempiternum. Per eundẽ Chriſtum Dominum Noſtrum. ℟. Amen. His finitis Sacerdos facta genuflexione accipiat in manu ſiniſtra cuſtodiam Sanctiſsimi Sacramenti, & cum dextra plicet corporale, reponat in burſa, & det alicui ex Monialibus deferẽ. & deinde dat benedictionem infirmæ cum Sanctiſſimo Sacramento dicens.

Pax, & benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper tecum. ℟. Amen.

His peractis, eo ordine quo venerant, ſimul redeant Moniales, cum Sacerdote ad Chorum, ſeu locum deputatũ, dicẽtes ſubmiſſa voce Hymnum. Te Deũ laudamus. Et cum ibi peruẽtũ fuerit; Sacerdos cuſtodiã Sãctiſſimi Sacramenti ponat in loco ſuo, & interim dicat.

℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriã reliquisti, tribue quæsumus: ita nos corporis, & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sẽtiamus. Qui viuis, & regnas cũ Deo Patre ĩ vnitate Spiritus S. Deus, per omnia secula seculorũ. ℟. Amẽ.

Oremus.

SPiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde, qui in beneplacito tuo nos semper regat, & conseruet. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

Deinde genuflectit, pixidem accipit vtraq; manu, & signũ Crucis cum ea. versus Moniales adhibet, benedicens hi verbis.

Benedicat vos Omnipotens Deus Pater & Filius, ✠ & Spiritus Sãctus. ℟. Amen.

Et postea reponat custodiam Sanctissimi Sacramẽti in loco supradicto, & genuflexus adoret, ac statim deponat superpelliceũ, stolã, velũ, & pluuiale. Et deinde redeat ad Ecclesiã exteriorẽ, vbi reassũpto super pelliceo, & stola, genuflexus adoret Sanctissimum Sacramentum, & aperiens fenestellam, accipiat custodiam, ac illam reponat in suo Tabernaculo, dicens, interim submissa voce, aliquem Psalmum sibi beneuisum, vel aliquam orationem.

LAVS DEO.

TITVLVS TERTIVS.

ORDO AD INVNGENDAM Infirmam, & administrandi Sanctissimum Sacramentum Extremæ vnctionis.

IN primis pulsetur Campana Capituli, & dum in Choro, seu Sacrario congregantur Moniales, Sacristana infrascripta præparare studeat, videlicet vasculum aquæ benedictæ cum aspersorio, fragmenta Panis, stuppam, vas

vas aquæ cum linteo ad lauandas Sacerdotis manus, atque tergendas, post infirmi vnctionem, candelas duas, superpelliceum, stolam albam, & præsentem librum.

Deinde accensis duabus candelis, Sacerdos indutus superpelliceo, & stola vna cum Monialibus submissa voce dicentibus Psal. *

BEatus qui intelligit super egenum, & pauperem; in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius.

Et si ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.

Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nũquid qui dormit, non adijciet, vt resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.

In hoc cognoui, quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in cõspectu tuo in æternum. *

Benedictus Dominus Deus Israel à seculo, & vsque in seculum, fiat, fiat.

IVdica me Deus, & discerne causam meam: de gente non sancta, ab homine iniquo, & doloso erue me.

Quia tu es Deus meus fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tri-

re tristis incedo, dum affligit me inimicus?
E mitte lucem tuam,& veritatem tuam:ipsa me deduxerunt,& adduxerunt, in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.
E t introibo ad Altare Dei: ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.
C onfitebor tibi in cythara Deus Deus meus:quare tristis es anima mea, & quare conturbas me.
S pera in Deo quoniam adhuc confitebor illi; salutare vultus mei, & Deus meus.
V Oce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum.
E ffundo in cõspectu eius orationem meam;& tribulationem meam ante ipsum pronuncio.
I n deficiẽdo ex me spiritum meum: & tu cognouisti semitas meas.
I n via hac qua ambulabam;absconderunt superbi laqueum mihi.
C onsiderabam ad dexteram, & videbam; & non erat,qui cognosceret me.
P erijt fuga à me; & non est qui requirat animam meam.
C lamaui ad te Domine: dixi tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
I ntende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.
L ibera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.
E duc de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi.
E sacrario,seu Choro hoc ordine pergat ad infirmam.Primũ præcedat Crux:sequãtur Moniales cũ cucullis iuxta ordines suos: postea duo Moniales candelas accensas gestantes,quas immediate sequatur, Sacerdos oleum sanctum portans. Cum autem peruenerint ad locum vbi iacet infirma Sacerdos intrans cubiculum dicat.
* ℣. Pax huic domui,& omnibus habitantibus in ea. Et Conuentus respondeat. ℟. Amen.
Deinde deposita custodia olei sancti super Altarino ad hoc præparato, vt dictum est supra in ordine communicandi, fol.45. Sacerdos stans ante ægrotam dicat.
℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui

℟. Qui fecit Cælum, & Terram.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & me indignum qui primum misericordia tua indigeo, clementer exaudi, & quem non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ contulisti huius operis ministrum, da fiduciam tui muneris exequẽdi, & ipse in nostro ministerio, quod tuæ virtutis est operare. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

INtroeat Domine Iesu Christe domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu æterna felicitas, diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus Dæmonum; adsint Angeli pacis: domumq. hanc deserat effugata discordia: magnifica Domine super nos nomen sanctũ tuum, & bene ✠ dic nostræ conuersationi: sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui Sanctus, & pius es, & permanes cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum. ℟. Amen.

ORemus et deprecemur Dominum Nostrum Iesum Christum, vt benedicendo bene ✠ dicat hoc Tabernaculum, & omnes habitantes in eo: & det eis Angelum bonũ custodem, & faciat eos sibi seruire ad considerandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac sanos in hoc Tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum.

℟. Amen. Oremus.

EXaudi nos Domine Sancte Pater Omnipotẽs æterne Deus: & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominũ Nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Deus, qui per Beatum Iacobum Apostolum tuum locutus es: infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo san-

cto in nomine Domini, & Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei. Cura quæsumus Redéptor Noster gratia Spiritus Sancti languores istius infirmæ, & sua sana vulnera: eiusque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis, & corporis ab ea expelle, vt ope misericordiæ tuæ adiuta ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Quibus finitis accepto aspersorio, Sacerdos accedat ad ægrotam, & super ipsam infirmam cum aqua benedicta faciat Crucem eam aspergendo, & postea aspergat Moniales circumstantes, & domum dicendo Antiphonam.

* Asperges me Domine. Psal. Miserere cũ Gloria Patri, &c. & repetitur Antiphona Asperges me Domine.

Deinde immediatè infirma faciat Confessionem dicens Confiteor Deo, &c. vt supra dictum est in ordine communicandi.

Quo dictō Sacerdos eam absoluat secundum formam infrascriptã, & concedat ipsi infirmæ auctoritate Apostolica Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum, ac Sanctissimum Iubileum, Romam eodem Anno euntibus concessum, nisi huiusmodi absolutio fuerit data quando infirma accepit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pro viatico, vel dari debuerit quando infirma communicari velit post huiusmodi Sanctam vnctionem.

* Forma absolutionis Sãctissimi Iubilei semel in vita, & in mortis articulo personis vtriusque sexus Ordinis Cisterciensis nouitijs, militibus conuersis, donatis, familiaribus, continuis commẽsalibus œconomis, & Procuratoribus eiusdẽ, ac Cõfratribus vtriusq; sexus Ven. Archiconfraternitatis S. Bernardi de Vrbe à S. Sede Apostolica indulti, & licet mors inde non sequatur, nihilominus absolui remanẽt, plenariaq; remissio, & Iubileũ præfatum in vero mortis articulo, iterum impendi potest, vt patet in verbo absolutio §. 13. Compendij priuilegiorum Congregationis Regularis Obseruantiæ S. Bernardi Cisterciẽsis Ordinis Hispaniæ, fol. 22. de licentia Superiorum, Romæ impressi, 1589. per Alexandrum Gardanum, & Franciscum Coattinum socios.

Et secũdũ hãc formã præsupponitur, quod Monialis, seu psona cui

danda est talis absolutio, nesciat se specialiter aliquo excommunicationis, suspensionis, vel interdicti vinculo innodatam, seu censura, & quòd absoluatur non solum à peccatis, de quibus circa mortis articulum confitetur, sed ab alijs etiam, quæ alias olim confessa est, & quorum non est recordata, & quæ confiteri neglexerit, & ignorauerit& tunc ignorat, [redacted] & non recordatur.

Si autem sciat se specialiter aliquo excommunicationis, vel suspẽsionis, aut interdicti vinculo esse innodatam, seu censuram: exprimat causam, & specialiter à tali prius censura secundum modum in talibus consuetum absoluatur. Notandum, quòd si infirma, vel aliqua ex Monialibus, seu supradictorum incurrerit in dementiam, litargiam, vel amiserit expressionem loquelæ propter infirmitatem, vel aliàs antequam absoluatur, & illi cõcedatur plenaria remissio, & Iubileum vt supra, vel quia non fuit copia Confessoris cum talis casus, seu similis euenerit, in dicto mortis articulo quicumque Presbyteri seculares, vel regulares eam vel eas absoluere, & huiusmodi omnium peccatorum plenariam remissionem, & Iubileum, auctoritate Apostolica possunt, & valeant illi, vel illis impendere. Quòd si talis infirma superuixerit, nihilominus dicta plenaria remissio quoties sibi facta fuerit, perinde valeat, ac si de huiusmodi infirmitate decederet. Ex d. Comp. verb. Indulgentia §. secundo, & tertio.

Absolutio.

PEr aspersionem Sacratissimi sanguinis Domini Nostri Iesu Christi, misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis perducat te in vitam æternam. *

℟. Amen.

Indulgẽtiam, absolutionem, ✠ & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOminus Noster Iesus Christus, qui dixit discipulis suis, quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælis: Et quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in Cælis: de quorum numero quamuis indignos nos esse voluit: ipse te absol ✠ uat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis, quæcumque cogitatione, locutione, & operatione negligenter egisti, & à peccatorum tuorum nexibus absolutam perducere dignetur ad regna Cælorum, Qui cum Patre, & Spiritu sãcto viuit & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

DEinde auctoritate Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Beatorumq; Apostolorum Petri, & Pauli, ac etiam auctoritate Apostolica mihi in hac parte cõmissa, & tibi de speciali gratia concessa, ab omnibus, & singulis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine, quomodolibet latis, si forte ligaris; ab omni irregularitate, si quam contraxisti tecum dispensando, necnon ab omnibus criminibus, excessibus; delictis, & peccatis tuis, quibuscumque, & quantumcunq; enormibus, etiam à casibus, & peccatis Sãctæ Sedi Apost. reseruatis per te commissis, & confessis, ac etiam de oblitis secundum formam Bullæ, & gratiæ Apostolicæ, tibi, & ordini nostro concessa. Ego te absoluo, & tibi in confidentia diuinæ misericordiæ plenariam absolutionem, Indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum tuorum, ac Sanctissimum Iubileum confero, & concedo. In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus sancti ℟. Amen.

Facta absolutione, omnes Moniales quæ illuc conuenerunt genibus flexis, & voce submissa Septem Pœnitentiales Psalmos, cum Litanijs, quæ in Compendio Orationum annotantur dicant.

Interim Sacerdos absolutè dicat hanc Orationem.

IN Nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus sancti ✠ Extinguatur in te omnis virtus Diaboli per impositionem manuum nostrarum: imo per inuocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. ℟. Amen.

Et

Et intincto pollice in Oleo sancto, faciat Crucis signum septem in locis subscriptis in corpore infirmæ cum dicto Oleo sancto, vnicuique loco propriam exprimens Orationem, videlicet.

Ad oculos:

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimã misericordiam, parcat tibi Dominus, quicquid oculorum vitio deliquisti. ℟. Amen.

Et postmodum Sacerdos tergat inunctum locum stuppa, vel bõbace reponens eã in vase mundo, & sic post quamlibet faciat vnctionem.

Ad aures.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiã, parcat tibi Dominus quicquid aurium vitio deliquisti. ℟. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam Vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiã, parcat tibi Dominus quicquid Narium vitio deliquisti. ℟. Amen.

Ad os.

Per istam Sanctam Vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiã, parcat tibi Dominus, quicquid Oris vitio deliquisti. ℟. Amen.

Ad manus interius vngendo.

Per istam Sanctam Vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiã, parcat tibi Dominus, quicquid tactus vitio deliquisti. ℟. Amen.

Ad pedes.

Per istam Sanctam Vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiã,

parcat tibi Dominus quicquid gressus vitio deliquisti. ℟. Amen.

Ad lumbos.

Per istam Sanctam Vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiã parcat tibi Dominus quicquid Renum vitio deliquisti. ℟. Amen.

Hæc vnctio in lumbis Mulierum potest omitti propter honestatem maximè quando commodè, & decenter fieri nequit, & eorum loco si videbitur pectus circa regionem cordis inungi poterit.

His omnibus peractis, & Septem pœnitentialibus Psalmis cum Litanijs, Completis dicant Moniales Psalmum.

Benedic Anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

Benedic Anima mea Domino; & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam; qui coronat te in misericordia, & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum; renouabitur vt Aquilæ iuuẽtus tua.

Faciens misericordias Dominus; & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi; filijs Israel voluntates suas.

Miserator, & misericors Dominus: lõganimis, & multũ misericors.

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis; neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem Cæli à Terra; corroborauit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab Occidente; longe fecit à nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur Pater Filiorum; misertus est Dominus timẽtibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

Recordatus est, quoniam puluis sumus; homo sicut fœnum, dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit.

Quo-

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem Domini ab æterno; & vsque in æternum super timentes eum.

Et iustitia illius in filios filiorum: his qui seruant testamentũ eius.

Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.

Dominus in Cœlo parauit Sedem suam: & Regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute: facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

Et interim Sacerdos lauet manus cum fragmentis panis super vase mundo, & stuppa comburatur, quę cum lotione in sacrarium proijciatur. Et reposito Oleo sancto in sua cústodia, dicat Sacerdos. *

Oremus.

VNxi te Oleo sancto, In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti ✠ & non lateat in te immundus Spiritus, & dolor, siue insanabilis languor, neque in membris tuis, neque in medullis, neque in compaginibus membrorum tuorum, sed virtus Christi altissimi in te corroboretur, Quoniam sicut vnxit Samuel, Dauid in Regem Prophetam Olei operatione, Omnipotentis virtute, sic suo Sancto medicamine vnxi te; quatenus per huius mysterij operationem, & per hanc sacrati Olei vnctionem, atque nostram deprecationem virtute Sanctissimæ Trinitatis medicata atque refecta pristinam, ac melioratam recipere merearis sanitatem à Deo Omnipotente. Qui viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Oremus.

PEr istam Sanctam Vnctionem, & per Dei virtutem, atque per mysterij nostri benedictionem ✠ sanctificetur ab omni sorde peccati manus, os, cor, ac sensus, visus, auditus, gustus, tactus, odoratus, atque totum corpus tuum, & anima tua (o

N crea-

creatura Dei) & idonea efficiaris ad inuocandum, & sanctificandum Deum, & benedicendum nomen eius, Reddat tibi Dominus lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirmet te, & spiritum sanctum innouet in visceribus tuis, & non auferat illum à te, sed benedictio Dei, Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti ✠ descendat super te: copiosaque super caput tuum defluat: & in extrema corporis tui descendat, interius, exteriusq; te repleat, atque circumdet, & sit semper tecum. Per Christum Dominum Nostrum.
℟. Amen.

Oremus.

Sanet te Deus Pater Omnipotens, qui te creauit. Sanet te Iesus Christus, qui pro te passus est in Cruce. Sanet te Spiritus sãctus, qui tibi in baptismo infusus est. Sancta Trinitas vnus Deus gratiam suam ad profectum salutis animæ, & corporis in te augeat, & ab omni malo te liberet, ac in bono iugiter conseruet. Qui viuit, & regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos dicat.

Kyrie eleison. Chorus respondet.
Christe eleison Kyrie eleison.
℣. Pater noster, Secreto prosequitur vsque ad ℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Saluam fac ancillam tuam.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Syon tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Ora-

Oratio.

ORemus Dominum Nostrum Iesum Christum, & cum omni supplicatione rogemus, vt hanc famulã suam per Angelum suum sanctum visitare, lætificare, & confortare dignetur.

PRopitietur Dominus cũctis iniquitatibus huius infirmæ, redimatq; de interitu perpetuæ mortis vitam eius: & corroboret, & satiet in bonis omnibus desiderium eius.

REspice quæsumus Domine famulam tuam N. in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animã eius refoue quam creasti, vt castigationibus emendata, se sentiat tua medicina saluatam.

Oremus.

DOmine sancte Pater Omnipotens æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationẽ tui nominis benignus assiste, & famulam tuam. N. ab ægritudine liberatam, & sanitati donatam, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atq; Ecclesiæ tuæ sanctæ, sanctisq; Altaribus tuis cum omni desiderata prosperitate restituas.

DA veniã Domine ancillæ tuæ, & clementer libera ab ægritudine corporis laborantem: & cum à tua iustitia corrigis deuiam, celeri defende miseratione correctam.

BEnedicat te ✠ Deus Pater, sanet te Dei filius, illuminet te Spiritus Sanctus, custodiat corpus tuum, & animam tuã saluet: cor tuum irradiet: sensum tuum dirigat, & ad supernam vitam te perducat.

BEnedicat te Deus Cœli: adiuuet te Christus filius Dei; corpus tuum in suo sancto seruitio custodiri, & conseruari faciat, mentem tuam illuminet, sensum tuum dirigat, gratiã suam ad profectum animæ tuæ in te augeat: ab omni malo te liberet, dextera sua te defendat: qui Sanctos suos semper adiuuat, ipse te adiuuare, & conseruare dignetur.

B Enedicat te Deus ✠ Pater qui in principio cūcta creauit ex nihilo, Benedicat te Dei ✠ Filius, qui de supernis sedibus Saluator descendit: Benedicat te Spiritus ✠ Sanctus, qui in similitudine Colūbæ in flumine Iordanis requieuit in Christo, ipse te in Trinitate sanctificet, quem omnes gentes venturum expectant ad iudicium. Qui viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Oremus.

D Ominus Noster Iesus Christus apud te sit, vt te defendat; intra te sit, vt te reficiat, circa te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat, post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt te ✠ benedicat. Qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

✠ His peractis eodem ordine, quo venerat Sacerdos cum Monialibus redeant ad Chorum, Psalmum **Miserere mei Deus, &c.** submissa voce dicentes excepto, quòd Crux remaneat coram infirma. Infirma, si scit legere nunc, vel quando potuerit exemplo diui Augustini dicat Septem Psalmos Pœnitentiales, & quam sæpissimè se Sanctissimæ Trinitati, gloriosæq; Virgini Mariæ, & omnibus Sanctis, ac præcipuè eius aduocatis deuotè cōmendet, dicens, vel Monialem aliquam altè, & distinctè legentem audiat aliquas Orationes, seu Psalmos, Versus, Preces, & Orationes positas in principio Compendij nostri Orationum.

Si vero nescit legere infirma alia legat pro ea, & quàm sæpissimè potuerit Orationem Dominicalem, & Salutationem Angelicam exemplo Diui Vgonis, qui in eius obitu eam dixit tercētum vices. Quod si infirma adhuc non fuerit communicata pro viatico, & ✠ voluerit nunc communicari; seruetur ordo traditus, supra folio. 42. hoc addito, quòd antequam infirma dicat, **Confiteor.** Sacerdos dicat ei.

E Cce Soror Charissima Corpus Domini Nostri Iesu Christi, quod tibi offerimus, credis hoc esse illud, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra? Et ipsa respondeat Credo. Et

etiam

etiam quando tradit Sanctissimam Eucharistiam dicat. Accipe Soror viaticum, &c. vt supra, fol. 44.

TITVLVS QVARTVS.

Ordo commendationis animæ.

PRimum Sacerdos indutus superpelliceo, & stola, ingrediens Cameram infirmæ dicat. Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea. ℟. Amen. Deinde accipiat aspersorium cum aqua benedicta, & aspergat infirmam in modum Crucis circumstantes, & totam cellam infirmæ dicens Antiphonam. Asperges me Domine hysopo, &c. Miserere mei Deus, &c. Gloria Patri, &c. & repetitur Antiph. Asperges me, &c. vt supra in ordine communicandi, deinde.

℣. Adiutoriũ nostrũ in nomine Domini, &c. cũ N. & ℟. Oratione Introeat, vt supra in ordine visitandi, & confitendi infirmas fol. 37. Postea accedens ad infirmam, eam dulciter salutet, & consoletur, & si viderit eam morti proximam, hortetur eam ad plenam subiectionem sui ipsius diuinæ bonitati, & voluntati, & cum viderit eam paratam ad moriendum Sacerdos petat ab ea aptè, & distinctè, vt infirma percipere possit petitiones infrascriptas, ac successiuè faciat cum infirma protestationes sequentes. *

Prima petitione.

CRedete voi tutti gli articoli della santa Fede Cattolica, & Apostolica, con tutto quello che si contiene nella Sacra Scrittura vecchia, & noua secondo l'espositione, interpretatione, & dechiaratione de Santi Dottori della Chiesa vniuersale Romana? ℟. Credo. *

Seconda petitione.

REprouate voi, deteſtate, abominate, e dannate tutte le hereſie, hereſiarche, & loro fautori, con tutte le ſuperſtitioni, che dalla noſtra Santa Madre Chieſa ſono ſtate reprouate, deteſtate, abominate, dannate, & anatematizate? ℟. Io le reprobo, Io le deteſto, & l'hò in ſomma abominatione.

Terza petitione.

SEte voi contenta di morire nella ſacroſanſcta & ſicuriſſima fede del Noſtro Signor Gieſu Chriſto? ℟. Padre ſi.

Quarta petitione.

COnfeſſate voi d'hauere grauemente offeſo Dio, & molte volte ancora, dal quale hauete ſempre riceuuto ogni bene? ℟. Io confeſſo: gli ne dimando perdono, & lo ringratio de beneficij che m'hà fatti.

Quinta petitione.

VI dolete voi d'hauere offeſo il proſſimo, in qual ſi voglia modo? ℟. Me ne doglio, & ne dimando perdono à Dio.

Sesta petitione.

VI dolete voi d'ogni tepidezza, negligenza, & di qual ſi voglia omiſſione, ch'haueſte mai vſata nel bene operare, e del diſprezzo delle gratie offerteui, e dateui da Dio? ℟. Me ne doglio infinitamente.

Settima petitione.

VI dolete, che non potete ricordarui de tutti li voſtri peccati, con liquali hauete offeſo il voſtro Signor Iddio in qual ſi voglia loco, & in qual ſi voglia modo, liquali ſe

ve li

ve li ricordasseuo, ve ne confessaresteuo integramente?

℟. Me ne doglio, & lo farei.

Ottaua petitione.

VI dolete, che dapoi che riceuesti dal S. Iddio la remissione, & perdono de vostri peccati, siate ritornata a ricascare nelli medesimi simili, & maggiori peccati?

℟. Me ne doglio.

Nona petitione.

DEsiderate voi di ricordarui de tutti i peccati scordati: acciò di quelli possiate hauere particulare cõtritione? ℟. Lo desidero, & ne dimando perdono à Dio.

Decima petitione.

PRoponete voi nella vostra mente, che se piacesse alla misericordia di Dio di renderui la sanità, di mai più (per quanto sia possibile) offendere Sua Diuina Maiestà. ℟. Padre si mediante la gratia sua.

Vndecima petitione.

PErdonate voi a ciascuno che v'hauesse in qual si voglia modo offeso? ℟. Perdono con tutto il cuore.

Duodecima petitione.

SEte voi contenta di restituire tutto quello, che haueste mai acquistato indebitamente. E tutte le facultà vostre (non potendo in altro modo) consegnare, & quelle per rata renuntiare a fauore del Monasterio, ò d'altri à chi si douesse per scarico della vostra conscienza? ℟. Quando tale errore hauessi commesso, rinuntiarei di bonissima voglia.

Deci-

Decimaterza petitione.

CRedete voi d'hauere à peruenire alla somma felicità in virtù della Santissima Passione di Giesù Christo, e non già per li vostri meriti soli? ℟. Cosi credo.

Quartadecima petitione.

CRedete voi che Giesù Christo sia morto per la salute nostra; e che non per li nostri meriti soli, ne in altro modo l'huomo si possa saluare; ma (come hò detto) per li meriti della sua passione insieme con le buone opere nostre, quale da lei hanno virtù, & efficacia? ℟. Lo credo fermamente.

REndete voi gratie con tutto il cuore a Giesù Christo Redemptor nostro: Pregandolo per la sua Sãtissima Passione che vi dia la salute: Pensate a quella continuamente: e nominate col cuore, e con la bocca sempre il Santissimo nome di Giesù? ℟. Rendo, & mi sforzarò farlo con la gratia sua.

Et auuertite che il Demonio infernale non mancarà di tentarui per illuderui, e per spauentarui: ma voi copriteui con lo scudo della passione del nostro Christo: & li meriti di quella metteteueli sempre auanti.

Auuertite anco che à tutte le Diaboliche tentationi generalmẽte potete rispondere in questo modo. Che li meriti della santissima Passione di Nostro Signore sono tanti e tali, che se foste la maggior peccatrice del mondo, sperare per quelli d'impetrare la diuina misericordia: E cosi subito fissare la mente in Christo Crucifisso, è cõsiderare li misterij della sacrosantà passione sua che per voi, e per tutti ha patita.

Finalmente, se voi intenderete che Dio vi voglia giudicare secondo li vostri peccati, dite cosi.

O Dio mio io intermetto la morte del mio Redentor Giesù fra me & il tuo giuditio, E se bene io merito grandissima pena per li miei nefandi peccati, nondimeno come hò detto) io interpongo il merito della passione del mio Christo in cambio del merito, che io do-

io dourei hauere, e non hò. E medesimamente Signor Dio mio io interpongo la Passione, e morte del mio Giesù fra me, e l'ira tua. E così con questa confidenza nelle tue sacratissime mani raccomãdo lo spirito mio. ℟. La dirò.

Protestationi dell'Inferma.

ANzi di più, alla presenza vostra (Padre mio spirituale) e di tutti voi altri circonstanti, in nome del Padre, del Figliolo, e dello Spirito Santo, io N. pouera inferma, mi protesto o Angelo di Dio, che dalla sua diuina pietà, fin da l'vtero materno fusti dato in custodia dell'anima mia, che in quella vera Fede Cattolica della quale fà professione la santa Romana Chiesa, e nella quale sono morti tanti Santi, e Sante di Dio, voglio morire, ne desidero pure per vn momento di tempo viuer più di quanto piacerà alla diuina bontà, alla cui volontà totalmente mi rimetto.

Secondariamẽte mi protesto o Angelo mio santissimo, che sotto la tua Angelica protettione,& con la diuina gratia, io mi voglio partire di questo mondo; e così intendo di morir senza alcuna dubitatione di fede, Di maniera, che ne la grandezza, ne la moltitudine, ne la bruttezza de miei peccati mi possino mai immergere nel profondo baratro dell'inferno. Sapendo io, e credendo fermamente, che vna sola goccia del sangue che Christo Giesù mio Signore hà sparso nel legno della Santa Croce, è sofficientissima per la redentione di tutto il mondo.

Mi protesto ancora in caso che io per pusillanimità di spirito causata dallo spauento del tremendo giuditio, alquale io mi hò da presentare: ouero per soggestione, o tentatione diabolica, o per debilità di ragione (che Dio non voglia) io cascasse in qualche disperatione, o dubitatione di fede; cõ tutto ciò, da adesso che io son di sana mente, reuoco, annullo, e casso, e per non fatto reputo, e voglio che sia tenuto, conciosia che questo non con animo sano e deliberato auuerrà, ma per difetto di natura. Et però di già mi sottometto alla diuina pietà.

O Poi

Poi mi protesto, che sapend'io benissimo, come la diuina misericordia à niuno niega la remissione de peccati, quando confesso, e contrito ne sia: desidero ancor'io con tutto il cuore, che la medesima misericordia mi sia concessa per li meriti dell'amarissima morte del mio Signor Giesù Christo, & in virtù del preciosissimo sangue suo per me sparso in Croce. E per li meriti, e preghiere della sua sacratissima Madre Maria Vergine auuocata mia, e di tutti li Santi e Sante di Dio.

Protestomi finalmente con questa petitione, e preghiera humilmente esposta, che sua diuina pietà, mi voglia accettare nel numero di quelli, che ab æterno da sua diuina Maestà sono stati predestinati per saluarli nel giorno del giuditio. E se pure tanto tempo per li miei peccati hauessi a patire le pene del purgatorio, io mi cōtento, purche in eterno io non sia esclusa dal suo regno.

Con queste protestationi, o Angelo di Dio, ti raccomando l'vltima volontà mia, per testamento dell'anima mia, supplicandoti, per tua gratia, intercedi, che di tre cose del testamento del mio Signor Giesù Christo mi facci lui partecipe.

Prima d'vn lagrimoso sguardo, e di vn doloroso sospiro fra tanti, & quasi infiniti che egli in Croce per tre hore continue viuo, hebbe per mitigare i miei dolori, le mie lagrime, & i miei sospiri, co'quali hora mi affligo.

Secondariamente, che la madre delle diuine gratie, mi voglia far partecipe d'vn sol pianto del cuor suo castissimo, e d'vn doloroso sospiro fra tanti, che quasi senza numero sparse mentre se ne staua sotto la Croce, risguardando il suo figliuolo. E si degni di farmi accettare nel numero di quei peccatori, che almeno nello estremo giuditio otterranno la salute.

Finalmente (o Angelo santo) ti raccomando l'estrema hora della vita mia: accioche gouernādo tu l'essito dell'anima mia dal corpo, e difendendomi dall'inimico maligno, vogli essere con queste protestationi doue e quando sarà necessario, fidelissimo testimonio e protettore contra tutti li pericoli della salute mia.

Signor mio Giesù Christo figliolo de Dio viuo, & della Gloriosa sempre Vergine Maria, Io confesso, & credo che voi siate il mio

Reden-

Redentore, & Saluatore, & perciò nelle vostre mani raccommando l'anima mia. Amen.

Finitis prædictis petitionibus, & protestationibus dicēda est tribus vicibus Oratio Dñicalis cũ Salutatione Angelica, & Orationibus infrascriptis, quia vt refert Dionis. de quatuor nouiss. art. vlt. erat quidã Papa qui dũ ad extrema venisset interrogabat Cappellanũ suum virum idoneum, & deuotum quem plurimum diligebat, quibus suffragijs post mortem eius, vellet eum apud Deum iuuare: qui respondit quod omnibus modis quibus posset, & quęcũque iuberet pro salute animæ suæ facere vellet, & Papa ait. Non peto aliud à te subsidium, nisi dum videris me in agonia positum, dominicam orationem pro me tribus vicibus dicas, quod sibi libentissime promisit, Ad quem Papa cum primum **Pater noster** dixeris, dic in memoria agoniæ Domini nostri Iesu Christi orans eum, vt pro me Patri ostendat, vt infra patebit. Cum secundum dixeris **Pater noster**, dic in memoriam omnium passionum Domini nostri Iesu Christi, vt infra. Cum dixeris tertium **Pater noster**, dic in honorem ineffabilis charitatis Domini nostri Iesu Christi, vt infra: his dictis promisit Cappellanus hęc omnia se libenter facturum, quod & fecit cum diligentia, & deuotione qua potuit. Post mortem reuersus est Papa splendidus ad eum, & coruscans gratias immensas sibi referens, & dicens ab omni pœna se fore liberatum: nam post primum **Pater noster**, Dominus noster Iesus Christus sudorẽ suum sanguineum pro me patri ostendens, omnem meam propulsauit angustiam. Post secundum **Pater noster**, per amaritudinem omnium Passionum suarum omnia peccata mea ad nubem deleuit. Post tertium **Pater noster**, per charitatem suam cœlos reserauit, & me cum gaudio introduxit.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Aue Maria.

Añ. Saluator mũdi salua nos omnes, qui per crucẽ tuã & sanguinẽ tuũ redemisti nos, auxiliarę nobis te deprecamur Deus noster.

Domine Iesu Christe per angoniam & orationem tuam sanctissimam, quam orasti pro nobis in monte Olìueti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decur-

rentis in terram:obsecro te,vt multitudinem sudoris tui sanguinei, quem præ timoris tui angustia copiosissime pro nobis effudisti, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum huius creaturæ tuæ agonizantis: & libera eam in hac hora mortis ab omnibus angustijs,quas pro peccatis suis se meruisse timet. Qui cum patre, & Spiritu sancto viuis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Aue Maria.

Aña. Sanctifica nos Domine signaculo sanctæ Crucis, vt fiat nobis obstaculum contra sæua iacula omniū inimicorum nostrorum: defende nos Domine per lignum sanctum, & per pretium sanguinis tui quo nos redemisti.

Domine Iesu Christe, qui pro nobis mori in cruce dignatus es, obsecro te, vt omnes amaritudines passionum & pœnarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce: maxime in illa hora, quando sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo sanctissimo: offerre, & ostendere digneris Deo patri omnipotenti, pro anima huius creaturæ tuæ, & libera eam in hac hora mortis ab omnibus peccatis & passionibus, quas pro peccatis suis se meruisse timet. Qui cum patre & Spiritu sancto viuis & regnas, Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Aue Maria.

Aña. Protege, salua, benedic, saluifica, & sanctifica domine hanc famulam tuā. N. per signū ✠ sanctæ Crucis: morbos auerte corporis, & animæ. Et contra hoc ✠ signum nullum stet periculum.

Domine Iesu Christe, qui per os prophetæ dixisti, in charitate perpetua dilexi te, miserans tui, obsecro te, vt eandem charitatem quæ de cœlo ad terram ad tolerandas omniū passionum tuarum amaritudines, te attraxit, offerre & ostendere digneris Deo patri omnipotenti pro anima huius Creaturæ tuæ, & libera eam ab omnibus passionibus, & pœnis, quas pro peccatis suis se meruisse timet, & salua animam eius in hac hora exitus sui in gloria æterna. Et tu pijssime Domine Iesu Christe, qui redemisti

sti

sti nos precioso sanguine tuo, miserere animæ huius creaturæ tuæ, & eam introducere digneris ad semper virentia, & amœna loca paradisi, vt viuat tibi amore inuisibili, qui à te & ab electis tuis separari non potest. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis & regnas in sæcula sæculorum. ℞. Amen. In fine dictarum Orationum Sacerdos dicat sequentem orationem. Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui redemisti nos pretioso sanguine tuo ascribe animam famulæ tuæ N. inter tua pretiosa vulnera, & sanguine tuo; vt discat in eis legere tuum dolorē contra omnes dolores, & pœnas, quas pro peccatis suis se meruisse timet. Et amorem tuum, vt vniatur tibi amore inuincibili, quo à te & omnibus electis tuis nūquam possit in perpetuum separari: fac eam Domine Iesu Christe participem sacratissimę Incarnationis, Passionis Gloriosissimæ Resurrectionis, & admirabilissimæ Ascensionis tuæ, necnon sacratissimorum mysteriorum, & Sacramentorum tuorum: Fac etiam eam domine participem omnium orationum, & beneficiorum quæ fiūt in Ecclesia tua sancta: necnō & omnium benedictionum, gratiarum, meritorum, & gaudiorum omnium electorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi: & concede ei, vt cum his omnibus in conspectu tuo gaudeat in æternum. ℞. Amen. Postea subiungendæ sunt orationes infrascriptæ ad beatam semper virginem Mariam cū totidem Aue Maria.

Orationes ad beatam Gloriosamq; semper Virginem Mariam.

MEdiatrix Dei & hominum, & fons misericordiæ indesinenter effundens riuos copiosæ gratiæ Maria. Te rogo dulcissima mater Domini nostri Iesu Christi, per illam perturbationem, quam habuisti in corde tuo pijssimo tunc & deinceps, cum Simeon sanctus, & senex prophetando diceret, Tuam ipsius animā pertransibit gladius: vt petas quatenus idem benedictus filius tuus de largissima clemētia sua donet huic famulæ tuæ, per eandem perturbationē tuam Indulgentiam omniū peccatorū suorum: & vt me, & eā liberet ab omnibus malis præteritis, præsentibus,

tibus, & futuris. ℟. Amen. Aue Maria &c. Secunda Oratio.

MEdiatrix Dei & hominum:& pacis æternę condimentum Maria: te interpello speciosissima Regina cœli, per illam dolorosam perturbationem, quam habuisti in corde tuo benignissimo, pro eo quòd filium tuum amantissimum per triduū amiseras:vt roges eum,quatenus ipse propter eādem turbationem tuam huic famulæ tuæ dignetur dare plenam cognitionem: perfectam contritionem,puram confessionem:spem firmam: certam securitatem, à Deo nunquam separandi, & ita perfectum & verum amorem, vt cum illo amore tantam mercedem mereatur in cœlo acquirere, ac si ei multis annis cum perfectione sanctissimæ vitæ diligentius seruiuisset. ℟. Amen. Aue Maria. Tertia Oratio.

REparatrix debilium,& vulneratæ animæ efficacissima medicina Maria: te peto gloriosa domina, per illam perturbationem,quam habuisti in corde tuo clementissimo:pro eo quod perfidi Iudæi captiuauerūt, & detinuerunt desiderabilem vnigenitum vteri tui filium, de quo cognouisti in spiritu quod volebat, & quod pati debebat pro salute humani generis; quatenus depreceris eundem filium propitiatorem seculi:vt ipse propter eādem turbationem tuam de omni captiuitate,& ab omni tribulatione corporis, & animæ: angustiarum & periculorum, & tentationibus dæmonum famulam tuam clementer eripiat, & ab omnibus malis in perpetuum tueatur. ℟. Amen.

Aue Maria &c. Quarta Oratio.

ILluminatrix cæcorum, lucerna salutiferæ gratiæ Maria: te flagito dulcissima mater Dei: per illam turbationem tuam, quam habuisti in corde tuo propitiatissimo, pro eo quòd amantissimus filius tuus à Iudæis crudelissimis in conspectu tuo, cum clauis acutissimis absque vlla miseratione viuificæ crucis patibulo fuit affixus: vt postules ab eodem filio tuo, quatenus per eandem turbationem tuam ignem veri amoris, per ignem amoris & passionis suæ in corde huius famulæ tuæ accendat; qua ipse summus Sacerdos ligno Crucis ipsam subijciat, nutriat,& in altari cordis eius iugiter ardeat, & flammescat in commemoratione suæ sanctissimæ Passionis & mortis, vt eiusdem sacratissimæ Passionis tuæ nūquam obliui-

obliuiſcatur. Et ſi ex infirmitate valida, vel ex alia quacũque cauſa impediente, memor eſſe nequiuerit, per eundem acerbæ Paſsionis tuæ dolorem, in hora mortis ſuæ ex multiplici miſeratione tua: tantam mercedem in cœlis percipere mereatur, ac ſi omnes dies ſuos conſumpſiſſet in memoria tuæ ſacratiſsimæ Paſsionis. ℟. Amen.

Aue Maria &c. Quinta Oratio.

ADuocatrix omnium peccatorum (quos damnabiliter moles vitiorum deprimit, finisq; noſtræ miſeriæ) Maria, tè deprecor venerabiliſsima mundi domina per illam intolerabilem turbationem, quam habuiſti in corde tuo benigniſsimo, in illa hora cum filius tuus cunctis deſideratus gentibus: ac omnibus verè amabilis, de Cruce depoſitus cum recentibus vulneribus, & proprio ſanguine rubricatus, datus fuit à Ioſeph in ſinum tuum: qui eſt corona iucunditatis omnium beatorũ in cœli ſolio: vt propter eãdem perturbationẽ tuam: ipſæ famulam ſuam N. præuenirè dignetur abundantia gratiarum ſuarum, & copioſæ miſericordiæ ſuæ: vt det corpus ſuum & animam ſuam in poteſtatem tuam, & in ſinum pijſsimæ miſericordiæ tuæ: quam cunctis deuote poſtulantibus clementer aperis in æternum, & ad illum ſinum gemebundum ſic eam recipi affectuoſiſſimè deprecor, propter illum dulciſſimum infantulum tuum candidum, & rubicundum, electum ex millibus qui theſaurus totius felicitatis tuæ extitit, & eſt: Quem in ſinu tuo delicatiſsimo proprijs lactaſti vberibus: vt in præſenti vita, & præcipue in extremis ſuis te videre mereatur cum gaudio, & tuæ miſerationi regratiari valeat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Quando infirma morti penitus appropinquauerit, percutiatur tabula crebris ictibus in clauſtro, ſeu pulſetur campana ad hoc deſtinata. Quo audito omnes moniales relictis omnibus, quæ in manibus habuerint, accurrant velociter ad morientem dicentes Credo in Deum, &c. repetitur illud bis, vel ter ſi neceſſe fuerit: ſi autem ſuperuixerit, dicatur Litania cum orationibus ſequentibus

Kyrie eleiſon
Chriſte eleiſon
Kyrie eleiſon
Chriſte audi nos
Chriſte exaudi nos
Pater de cęlis Deus miſerere ei
Fili redemptor mũdi Deus miſerere ei

Spiritus sancte Deus miserere ei
Sancta Trinitas vnus
Deus miserere ei
Sancta Maria ora pro ea
Sancta Dei Genitrix ora pro ea
Sancta virgo virginũ ora pro ea
Sancte Michael ora pro ea
Sancte Gabriel ora pro ea
Sancte Raphael ora pro ea
Omnes sancti Angeli
& Archangeli orate ꝑ ea
Omnes sancti beatorũ
Spirituũ ordines orate ꝑ ea
Sancte Abraham ora pro ea
Scte Ioãnes baptista ora pro ea
Omnes sancti Patriar
chæ & Prophetæ, orate ꝑ ea
Sancte Petre ora pro ea
Sancte Paule ora pro ea
Sancte Andrea ora pro ea
Sancte Ioannes ora pro ea
Sancte Iacobe ora pro ea
Omnes sãcti Apostoli,
& Euangelistæ orate pro ea
Omnes sãcti discipuli
domini orate ꝑ ea
Oẽs scĩ Innocẽtes orate ꝑ ea
Sancte Stephane ora pro ea
Sancte Laurenti ora pro ea
Sancte Gabini ora pro ea
Sancte Placide ora pro ea
Sancti Eleuteri & Ge
nesi orate pro ea
Sancti Viti Modestæ,
& Crescentia orate pro ea

Sancti Fabiane & Se-
bastiane orate ꝑ ea
SS. Ioãnes & Paule orate ꝑ ea
Sancti Cosma & Da-
miane orate ꝑ ea
Oẽs sãcti Martyres orate ꝑ ea
Sancte Siluester ora pro ea
Sancte Gregori ora pro ea
Sancte Ambrosi ora pro ea
Sancte Hieronyme ora pro ea
Sancte Martine ora pro ea
Sancte Nicolae ora pro ea
Sancte Malachia ora pro ea
Omnes Sãcti Pontifi-
ces & Cõfessores orate ꝑ ea
Oẽs sancti Doctores orate ꝑ ea
S. Pater Benedicte ora pro ea
S. Pater Bñdicte intercede ꝑ ea
Scte pater Bernarde ora pro ea
S. pater Bernarde intercede ꝑ ea
Sancte Maure ora pro ea
Sancte Antoni ora pro ea
Sancte Dominice ora pro ea
Sancte Francisce ora pro ea
S. Stephane ora pro ea
Sancte Roberte ora pro ea
Sancte Edmunde ora pro ea
Omnes sancti Sacer-
dotes & Leuitæ orate pro ea
Omnes sancti Mona-
chi & Eremitæ orate pro ea
Sancta Anna ora pro ea
S. Maria Magdalena ora pro ea
Sancta Agnes ora pro ea
Sancta Cecilia ora pro ea

Sancta

Sancta Catharina	ora pro ea
Sancta Susanna	ora pro ea
Sancta Susanna	intercede pro ea
Sancta Felicitas	ora pro ea
Sancta Mater Scholastica	ora pro ea
Sancta Mater Scholastica	intercede pro ea
Sancta Vrsula cum socijs	orate pro ea
Omnes sanctæ virgines & viduæ	orate pro ea
Omnes Sancti & Sanctæ Dei	orate pro ea
Propitius esto	parce ei domine
Propitius esto	libera eam domine
Ab omni malo	libera eam domine
Ab omni peccato	libera eam domine
Ab ira tua	libera eam domine
A periculo mortis	libera eam domine
Ab insidijs & potestate diaboli,	libera eam domine
A pœnis inferni	libera eam domine
A morte perpetua	libera eam domine
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ	libera eam domine
Per aduentum tuum	libera eam domine
Per natiuitatem tuam	libera eam domine
Per pasßionem & sanctam crucem tuam	libera eam domine
Per mortem & sepulturam tuam	libera eam domine
Per gloriosam resurrectionem tuam	libera eam domine
Per admirabilem Ascensionem tuam	libera eam domine
Per gratiam Spiritus sancti paracliti	libera eam domine
In die iudicij	libera eam domine
Peccatores	Te rog. audi nos
Vt ei parcas	Te rog. audi nos
Vt ad verã pœnitentiã eam perducere digneris	Te rog. audi nos
Vt eam à numero malorum discerni iubeas	Te rog. audi nos
Vt eã dextera tua sancta ✠ benedicere digneris	Te rog. audi nos
Vt cum fiducia diem iudicij expectet	Te rog. audi nos
Vt eam ad gaudia æterna perducas	Te rog. audi nos
Vt spiritũ famulæ tuæ ĩ sinu Abrahæ recipi iubeas	Te rog. audi nos

V t requiem æternam ei donare digneris Te rog. audi nos
V t nos exaudire digneris Te rog. audi nos
F ili Dei Te rog. audi nos
A gnus Dei qui tollis peccata mundi parce ei domine
A gnus dei qui tollis peccata mundi, miserere ei domine
A gnus dei qui tollis peccata mundi, dona ei requiē sempiternā.
C hriste audi nos. C hriste exaudi nos. Kyrie eleison.
C hriste eleison. ℣. Pater noster.' secreto.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluam fac ancillam tuam.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Esto ei domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus conseruator animarum, qui quos diligis corripis, & quos recipis pie ad emendationē coerces, te inuocamus domine, vt famulæ tuæ N. quæ in corde patitur membrorum debilitatem, gratiam tuam conferre digneris, vt in hora exitus suæ animæ de corpore absque mortalis peccati macula, tibi datori propitio per manus Sanctorum Angelorum eius, anima representari mereatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c. ℟. Amen.

Oremus.

PRoficiscere anima Christiana de hoc mundo in nomine Dei patris ✠ omnipotentis qui te creauit, in nomine Iesu Christi ✠ filij Dei viui, qui pro te passus est: In nomine Spiritus sancti ✠ qui in te effusus est. In nomine Angelorum, & Archangelorum, in nomine Thronorum, & Dominationum. In nomine Cherubin & Seraphin. In nomine Patriarcharum, & Prophetarū. In nomine Sanctorum Apostolorum, & Euangelistarum. In nomine Sā-

ctorum

ctorum Martyrum,& Confeſſorum. In nomine ſanctorum Sacerdotum,Monachorum & Eremitarum.In nomine ſanctarum Virginum, & omnium Sanctorum,& Sanctarum Dei, hodie ſit in pace locus tuus, & habitatio tua in ſancta Syon. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

DEus miſericors,Deus clemens, Deus qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum peccata pœnitentiū deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis euacuas,Reſpice ꝓpitius ſuper hāc famulam tuā, N. & remiſſionē ſibi omnium peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem deprecatus exaudi: Renoua in ea pijſſime pater,quicquid terrena fragilitate violatum eſt:& vnitati corporis Eccleſiæ mēbrum redemptionis annecte. Miſerere Domine gemitus:miſerere lachrimarum eius:& non habentem fiduciam niſi in tua miſericordia,ad tuæ ſacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

COmmendo te omnipotenti Deo chariſſima Soror,& ei cuius es creatura committo, vt cum humanitatis debitum morte interueniente perſolueris, ad authorem tuum qui te de limo terræ formauerat,reuertaris: Egredienti itaque animæ tuæ de corpore ſplendidus Angelorum cætus occurrat,Iudex Apoſtolorum tibi Senatus adueniat, Candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obuiet.Liliata rutilantium te Confeſſorum turma circundet. Iubilantium te Virginum Chorus excipiat: & beatæ quietis in ſinu Patriarcharum te complexus aſtringat. Mitis atque feſtiuus Chriſti Ieſu,tibi aſpectus appareat,qui inter aſſiſtentes ſibi iugiter intereſſe decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod ſtridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Sathanas cum ſatellitibus ſuis. In aduentu tuo te comitantibus Angelis cōtremiſcat:atq; in æternæ noctis chaos immane diffugiat: Exurgat Deus & diſsipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Confundantur igitur, & erubeſcant omnes tartareæ legiones, & miniſtri Sathanæ iter tuū impedire non audeant. Liberet te à cru-

ciatu Chriſtus,qui pro te crucifixus eſt. Conſtituat te Chriſtus filius Dei viui,intra paradiſi ſui ſemper amæna virētia: & inter oues ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat, Ille ab omnibus peccatis tuis te abſoluat: atque ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas:& præſens ſemper aſſiſtens manifeſtiſſimam beatis oculis, aſpicias veritatem conſtituta igitur inter agmina beatorum, contemplationis diuinæ dulcedine potiaris in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Oremus.

SVſcipe domine animam ancillæ tuæ in locum ſperandæ ſibi ſaluationis a miſericordia tua. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ ex omnibus periculis inferni:& de laqueis pœnarũ, & ex omnibus tribulationibus. Am̃.

Libera domine animam ancillæ tuæ ſicut liberaſti Abraham de Vr Chaldæorum. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ,ſicut liberaſti Noe de diluuio. Amen

Libera domine animam ancillæ tuæ, ſicut liberaſti Iob de paſſionibus ſuis. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ, ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & de manu patris ſui Abraham. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ, ſicut liberaſti Loth de Sodomis,& de flamma ignis. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis Regis AEgyptiorum. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ, ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ, ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. Amen.

Libera domine animam ancillæ tuæ, ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carceribus. Amen.

Et ſicut beatiſsimam Teclam virginem & martyrem, de tribus tormentis atrociſſimis liberaſti, ſic liberare digneris animã huius ancillæ tuæ, & tecũ facias in bonis congaudere cœleſtibus. Amē.

Oremus.

Oremus.

COmmendamus tibi domine animam ancillæ tuæ, precamurq́; te domine Iesu Christe Saluator mundi, vt propter quam ad terram misericorditer descẽdisti. Patriarcharum tuorum finibus insinuare non renuas. Agnosce domine creaturam tuam non ex dijs alienis creatam, sed à te Deo viuo,& vero, quia non est alius Deus præter te, & non est secundum opera tua. Lætifica domine animam eius in conspectu tuo, & ne memineris iniquitatum eius antiquarum & ebrietatum, quas suscitauit furor seu feruor mali desiderij: licet enim peccauerit, tamen Patrem, & Filium & Spiritum sanctum non negauit,sed credidit, & zelum Dei in se habuit, & te Deum qui fecisti omnia, adorauit. ℟. Amen.

DElicta iuuentutis eius, & ignorantias eius quæsumus Domine ne memineris: sed secundum magnam misericordiã tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ.

Aperiantur illi cœli: collætentur illi Angeli, in regnum tuum Domine ancillam tuam suscipe.

Suscipiat eam sanctus Michael Archangelus Dei: qui militiæ cœlestis meruit principatum.

Veniant illi obuiam sancti Angeli Dei, & perducant eam in ciuitatem cœlestem Hierusalem.

Suscipiat eam beatus Petrus Apostolus, cui à Deo claues regni cœlestis traditæ sunt.

Adiuuet eam sanctus Paulus qui dignus fuit esse vas electionis.

Intercedat pro ea Sanctus Ioannes electus Dei Apostolus, & Euangelista,cui reuelata sunt secreta cœlestia.

Orent pro ea omnes sancti Apostoli, quibus à domino data est potestas ligandi & soluendi.

Intercedant pro ea omnes Sancti, & electi Dei,qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt, vt vinculis carnis exuta, peruenire mereatur ad gloriam regni cœlestis, præstante Domino nostro Iesu Christo,qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicantur Psalmi pœnitentiales. Et si adhuc non obierit discedãt omnes relicta Cruce, & aqua benedicta,

ac

ac aliquibus Monialibus, quæ poterũt legere passiones Dñi nostri Iesu Christi secundũ quatuor Euangelistas. vel aliquæ ipsarũ sicut necesse fuerit, psalmos orationes & preces positas in cōpēdio orationum à principio vsq; ad finem poterunt ad libitum recitare, seu Psalterium cum vno Pater noster, & vna Aue Maria pro quolibet psalmo. Passiones verò ad libitum poterũt repeti, & cum viderint infirmam signis euidentibus morti proximam, intermittentes Passiones, seu quasuis orationes, percutiatur iterũ tabula crebris ictibus in claustro, seu cāpana ad hoc destinata pro vocandis monialibus, & Abbatissa loco sacerdotis si non adsit, vna cum Monialibus faciat commendationem animæ supradictam dicendo tribus vicibus Credo in Deum, Litaniam, & orationes supradictas, **fol. 56.**

Egressa autem anima statim deuote circa corpus dicatur ℞.

✠ Subuenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, suscipientes animam eius, offerentes eam in conspectu Altissimi.

Suscipiat te Christus q̃ vocauit te, & in sinũ Abrahæ, Angeli dedu cãt te. Suscipientes animã eius, offerẽtes eam in cõspectu altissimi.

℣ Requiem æternam dona ei Domine: Et lux perpetua luceat ei Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. secreto. Et interim Abbatissa aspergit corpus aqua benedicta.

℣ Et ne nos inducas in tentationem.

℟ Sed libera nos à malo.

℣ Requiem æternam dona ei Dñe. ℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius.

℣ Requiescat in pace. ℟ Amen.

℣ Domine exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus ad te veniat.

℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. Oremus.

TIbi Domine cõmendamus animã famulæ tuæ Sororis nostræ N. vt defuncta seculo tibi viuat, & quæ per fragilitatẽ mũdanæ cõuersationis peccata cõmisit; tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum Dñm nostrum. ℟ Amen.

℣ Requiẽ æternã dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣ Requiescat in pace. ℟ Amen.

Et

Et interim Campanæ ter pulsantur more solito, deinde discedat Sacerdos, & Moniales prosequantur officia facienda, vt in cōpendio Orationum, & iuxta constitutiones Monasterij, defunctam vestibus conuenientibus suæ professioni induant.

LIBER TERTIVS

TITVLVS PRIMVS

Ordo seruandus in sepeliendis Monialibus mortuis.

Peractis omnibus officijs à Monialibus, iuxta constitutiones Ordinis, & Monasterij, ac delato cadauere sororis defunctę prope ianuā Monasterij, componatur in feretro, habeatq; candelas ad caput (vt moris est) & ad pedes accensas, Crux etiam cum corona apponatur in manibus seu in pectore, & Breuiarium ad pedes, ac serta florum in capite: ac etiam anulum si fuit ex consecratis, si vero defuncta fuerit Abbatissa, addatur etiam Regula & Pastorale.

Deinde hora quæ ad sepeliendam sororem congrua visa fuerit, cōgregentur Religiosi, & orphani ac Sacerdotes more solito in Ecclesia nostra S. Susannæ, qui induti superpelliceis bini ex Ecclesia ad portam Monasterij, vbi defunctæ corpus iacet præcedentibus accolytis cum cruce & vasculo aquæ benedictæ, nihil dicentes perueniant

Tunc Sacerdos habens stolam nigri coloris, vltra superpelliceum accipiat asperforiū, & ingrediatur ianuas Monasterij, ac aqua sancta aspergat defunctam in modū Crucis, postea incipiat antiphonā Exultabunt Dño, & cantantur per viam psalmi de laudibus officij defunctorum secundū opportunitatē temporis, vsque ad Ecclesiā. Aduertatur, quòd si defuncta fuerit Monialis, vel Nouitia deferatur à Sacerdotibus, si verò puella ex Collegio à pueris orphanis. Item quòd solent Romæ consanguinei defunctæ cadauer comitari vsque ad portam Ecclesiæ, ad quam defertur, sed non ingrediuntur Ecclesiam. Et ideo tunc cum defuncta ad Ecclesiam delata est, Sacerdos cum sua stola intonat, **Subuenite.** Et deinde facit cōfessio-

nem

nem supra populum ante portam Ecclesiæ genuflexum. facta confessione idem Curatus aspergit illum aqua benedicta, & interim dum hæc fiunt à Sacerdote Cantores prosequũtur. ℟. Subuenite vsq; ad versiculos, qui à duobus Cātoribus cātātur cũ sequētibus.
℟. Subuenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini suscipientes animam eius, offerentes eam in conspectu altissimi.
℣. Suscipiat te Christus qui vocauit te, & in sinum Abrahæ angeli deducant te.
Suscipientes animam eius, offerentes eam in conspectu altissimi.
℟. Requiem æternam dona ei domine. Et lux perpetua luceat ei.
Offerentes eam in conspectu altissimi.
Post hæc Sacerdos dicat absolute orationē sequētē in tono feriali.

NON intres in iudicium cum serua tua domine, quoniā nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorũ ei tribuatur remissio. Non ergo eā tua quæsumus Domine iudicialis sententia premat, quam tibi vera supplicatio fidei Christianæ cōmendat, sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis, quæ dum viueret insignita est signaculo Sanctę Trinitatis. Qui viuis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.
Sacerdos post hanc orationem intonat sequens ℟. & versiculi cantantur à duobus Cantoribus.
Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum: Tu ei domine dona requiem, & locum indulgentiæ.
℣. Qui vēturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignē.
Tu ei domine dona requiem & locum indulgentiæ.
℣. Requiem æternam dona ei domine, & lux perpetua luceat ei.
Tu ei domine dona ei requiem, & locum indulgentiæ.
Finito isto Responsorio Chorus incipiet Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Et ponitur incensum in thuribulo more solito procedente tempore Sacerdos dicit ℣. Pater noster. totum secreto vsque ad ℣. Et ne nos. &c.
Interim aspergit aqua benedicta defunctam ex vtroque latere: primo tamen ter à dextris, postea ter à sinistris, quod etiam obseruatur in incensando: quoties tamen ad Crucem accedit, se illi inclinat: His peractis alta voce dicit

℣. Et

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Requiem æternam dona ei domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur, vt suscipias animam famulæ tuæ sororis. N. per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinu amici tui Abrahæ Patriarchæ, resuscitādamq; in nouissimo iudicij magni die, & quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius & misericors abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea Sacerdos ait. ℣. Requiem æternam dona ei domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos intonat antiphonā. Egò sum; & Cantores præcinunt. Canticum Benedictus Dominus Deus Israel, &c., & in fine repetitur antiphona à Cantoribus Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet, & omnis qui viuit, & credit in me non morietur in æternum.

Nunc Sacerdos dicit. Pater noster .. vt supra & interim aspergit defunctam aqua benedicta, & postea sequitur alta voce.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

SAtisfaciat tibi quæsumus Domine Deus noster pro anima sororis nostrę N. beatissimę Dei Genitricis Marię, & sanctissimi Confessoris tui Benedicti, ac beatissimi Bernardi, omniumq;

Sanctorum tuorum oratio, & præsentis familię tuæ humilis supplicatio; vt peccatorũ omnium veniam quam precamur obtineat, nec eam patiaris cruciari gehennalibus flammis, quam filij tui Domini nostri Iesu Christi precioso sanguine redemisti. Qui tecum & cum Spiritu sancto viuit & regnat Deus: per omnia secula seculorum.
℟. Amen. Et in fine Sacerdos dicit.
℣. Requiem æternam dona ei domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei. Deinde à duobus Cãtoribus dicitur.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
Et Sacerdos dicit submissa voce. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen. Et deinde cantatur missa pro defuncta vt in die obitus.

TITVLVS SECVNDVS.

De Missa pro defuncta in die obitus seu depositionis & in die septimo.

SAcerdos missam celebraturus induitur omnibus sacerdotalibus paramẽtis nigri coloris: Diaconus & Subdiaconus vtuntur Tunicella & Dalmatica. omnibus vt supra paratis incipitur missa pro defunctis quæ in missali est secunda, sub titulo. In die obitus seu depositionis defuncti: cum Sacerdos facta cõfessione accedit ad altare non incensat, sed osculato altari, procedit in missa more consueto, Ad primã & vltimam orationem missæ omnes genuflectunt, præter celebrãtem, Diaconũ & Subdiaconũ: In die depositionis dicitur Oratio. **Deus cui propriũ,** vt in dicta Missa mutatis illis verbis, (famuli tui. N.) & dicendo (famulæ tuæ sororis. N.) In die vero septimo loco supradictę orationis dicitur Oratio. **Quæsumus Dñe.** vt in fine dictæ missæ, dicta oratione Clericus cerimoniarũ distribuit cerã omnibus pręsentibus, Subdiaconus nõ osculatur manũ celebrãtis, lecta Epistola Diaconus nõ petit benedictionẽ pro Euangelio, neque portantur luminaria, neque incensum ad Euangelium, neque celebrans osculatur Euangelium illo lecto, sed statim illo finito dicit. **Dominus vobiscum & Oremus** pro offertorio,

fertorio, & procedit in missa more solito; Aquam in calicem pro oblatione imponendam non benedicit celebrans: incensat tamen oblata & altare, ac alia more cõsueto, & deinde ipse solus incensatur. Subdiaconus etiam non tenet patenam post celebrantẽ, prout in alijs missis obseruatur: sed eam super altare permittit: Cum dicitur. **Sanctus.** omnes genuflectunt præter celebrantem & ministros vt supra, & sic permanent vsque ad. **Per omnia secula seculorum.** ante **Pax Domini.**

Ad eleuationem sanctissimi Sacramenti aliquis Acolitus imponit incensum in thuribulo, & Subdiaconus genuflexus in cornu Epistolæ Sacramentum incensat; Osculum pacis non datur. In fine missæ per Diaconum dicitur. **Requiescant in pace,** & non datur benedictio à celebrante, sed dicitur Euangelium. **In principio, &c.**

De officio, quod post Missam agitur.

IN die obitus defunctæ, & in exequijs celebrandis die septimo seu anniuersario depositionis, finita missa ordinatur processio ad locũ, vbi absolutio fieri debet, Subdiaconus accipit Crucẽ processionalẽ: vnus Accolitus accipit thuribulum cũ igne, & nauiculã cum thure, & cocleari, alius Accolitus vas aquæ benedictæ cũ aspersorio, & duo alij Accoliti duo candelabra, cũ luminaribus ardentibus capiunt. Interim celebrans prope altare deponit planetã & manipulum, & accipit pluuiale nigrum, deinde vadunt omnes processionaliter ad feretrum seu castrum doloris, seu sepulturam, aut locum in quo absolutio fieri consueuit, hoc ordine, primo thuriferarius cum thuribulo, & nauicella incensi, & secum alius cum aqua benedicta & aspersorio; secundo loco duo Ceroferarij; tertio Subdiaconus cum cruce: quarto post eum Capellani & Cantores super pelliceis induti, quinto demum Sacerdos qui missam celebrauit, quem ad sinistrã comitatur Diaconus, & ordine supradicto procedunt ad locũ absolutionis, vbi cum peruenerint, locantur hoc ordine, Thuriferarius cum deferente aquam benedictam firmant se à dextera parte in capite loci, Ceroferarij cum Subdiacono crucem deferente vadunt ad pedes loci, ab illo congruenti

ſpatio ſe locantes; ita quod Subdiaconus medius ſit inter ceroferarios: Sacerdotes & Cantores ſtabunt circum circa locum abſolutionis, celebrans vero ſtabit in medio capitis loci ſupradicti quibus ſic ordinatis,& ſtantibus omnibus detectis capitibus etiam celebrante, Chorus cantat Reſponſorium ſequentem.

℟. Libera me Domine de morte æterna: in die illa tremēda: Quando cœli mouēdi ſunt; & terra dū veneris iudicare ſæculū per ignē.

℣. Tremens factus ſum ego: & timeo dum diſcuſſio venerit atque ventura ira.

℟. Quando cœli mouendi ſunt & terra.

℣. Dies illa dies iræ: calamitatis & miſeriæ dies magna & amara valde. ℟. Dum veneris iudicare ſeculum per ignem.

℣. Requiem æternam dona ei domine. Et lux perpetua luceat ei.

℟. Libera me domine de morte æterna in die illa tremenda: Quando cœli mouendi ſunt & terra, dum veneris iudicare ſeculum per ignem. K yrie eleiſon. C hriſte eleiſon. K yrie eleiſon.

Incepto repeti Reſponſorio. Libera me Domine. Diaconus cum thuriferario,& alio portante aquā benedictam, accedit ad dexteram celebrantis, qui imponit incenſum miniſtrante Diacono nauicellam more conſueto dicente; Benedicti ℟. P. Et celebrans ipſe imponit incenſum more cōſueto dicens. Ab illo benedicaris ✠ in cuius honorē cremaberis. Et cum finitum erit vltimū. K yrie eleiſon. Idem Sacerdos dicit competenti voce. Pater noſter. quod ſecreto complet,& interim accipiens aſperſorium cum aqua benedicta de manu Diaconi circumaſpergit vt ſupra defunctā, vel caſtrum, ſeu locum abſolutionis ex vtroque latere, primo tamen circuiens ad dexteram ſuam; hoc eſt ad latus ſuum ſiniſtrum; & ibi ter aſpergens; & deinde ter ab alio latere,& dum trāſit ante Crucem illi caput inclinando facit reuerentiam; Diaconus vero qui ſimul pergit, cum tranſit ante crucē genuflectit: deinde redito aſperſorio,& accepto de manu eiuſdem thuribulo, incenſat eodem modo, Diaconus vero tam ad aſperſionem, quam ad incenſationem pluuiale ad dextrum humerum Sacerdotis eleuat: & cum ei aſperſoriū porrigit, aut thuribulum,& ab eo accipit, eius manum oſculatur,& cū redierit ad locum ſuum celebrans dicit competenti voce.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

ABsolue quæsumus domine animam famulæ tuæ Sororis. N. vt defuncta seculo tibi viuat; & quæ per fragilita tem carnis humana conuersatione peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Deinde dicit Sacerdos.
℣. Requiem æternam dona ei domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
Tum duo ex cantoribus dicunt alta voce.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
Demum Sacerdos dicit. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiā Dei requiescant in pace. ℟. Amē. Quo dicto in die septimo vel anniuersario omnes eo ordine quo venerant, redeant ad sacristiam, (dicendo Psal. De profundis) vt infra, fol. 64 vbi deponunt sacras vestes vt moris est; & deinde ad propria quisque reuertitur; In die vero obitus statim. Deferatur feretrum ad tumulum, & corpus deportetur ad sepeliendum: (& si adhuc non fuerit hora sepeliendi deferant corpus in sepultura) & interim cantentur sequentes antiphonæ.
In Paradisum deducant te Angeli, in tuo aduentu suscipiant te martyres: & perducant te in Ciuitatem sanctam Hierusalem.
antiph. Chorus Angelorum te suscipiat; & cum Lazaro quondā paupere æternam habeas requiem.
Cantatis antiphonis Sacerdos stans iuxta tumulum dicat orationes sequentes. Oremus.

DEus qui fundasti terram, & creasti cœlos, qui omnibus nomina syderibus indidisti qui captū laqueo mortis hominem alluuione reparasti, qui sepultos Abraham, Isaac, & Iacob in spelunca duplici, libro vitæ, & totius Ecclesiæ princi-

pes annotasti benedicendos, quæsumus bene ✠ dicere digneris hunc tumulum famulæ tuæ, vt eam hic requiescere facias: & in sinu Abrahæ collocare digneris, qui dominum nostrū Iesum Christum filium tuum victis laqueis inferorum resurgere fecisti, & suorum in se credentium membra iussisti resuscitare, Respice quæsumus Domine super hanc fabricam sepulturæ: descendat hic Spiritus tuus sanctus, vt te iubente sit ei in hoc loco quieta dormitio; & in tempore iudicij cum Sanctis omnibus vera resurrectio te præstante. Qui viuis, & regnas, &c. ℟. Amen.

OREmus fratres, & sorores charissimi pro spiritu sororis nostrę, quam dominus de laqueo huius sæculi liberare dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulturæ traditur, vt eam pietas Domini in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob collocare dignetur: vt cum dies iudicij aduenerit, inter Sanctos & electos suos eam in parte dextera collocandam resuscitari faciat, Præstante Domino nostro Iesu Christo, Qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

DEus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur, vt quicquid anima famulæ tuæ vitiorum, tuæq; voluntati cōtrarium, fallente diabolo, & propria iniquitate, atque fragilitate cōtraxit, tu pius & misericors abluas indulgendo; eamq; suscipi iubeas per manus sanctorum Archangelorum tuorum deducēdam in finibus Patriarcharum tuorum Abraham scilicet amici tui, & Isaac electi tui, atque Iacob dilecti tui, quo aufugit dolor, & tristitia, atque suspirium; fidelium quoque animæ, felici iocunditate lætantur, & in nouissimo magni iudicij die inter sanctos & electos tuos eam facias perpetuæ gloriæ percipere portionem, quā oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparasti diligentibus te: Per eum qui venturus est in Spiritu sancto iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

TEmeritatis quidem est domine, vt homo hominem, mortalis mortalē, cinis cinerem tibi domino Deo nostro audeat commendare, sed quia terra suscipit terram, & pulvis conuertitur in puluerem donec omnis caro in suam redigatur originem

nem tuam piissime pater lachrymabiliter quæsumus pietatem, vt huius famulæ tuæ animam, quam de mundi huius voragine cęnulenta ducis ad patriam, Abrahæ amici tui sinu recipias, refrigerij rore perfundas; sit ab estuantis gehennæ truci incendio segregata, & beatæ requiei te donante coniuncta, & quæ illi sunt domine dignæ cruciatibus culpæ, tu eas gratiæ mitissima lenitate indulge, nec peccati recipiat vicem sed indulgentiæ tuæ piam sentiat bonitatem: cumque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum, noua creatura Sanctorum omnium cœtibus aggregata cum electis tuis resurgat in parte dextera coronanda. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

OPus est misericordię domine sancte pater omnipotẽs æterne Deus rogare pro alijs: & qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus: suscipe rogamus animam famulæ tuæ. N. reuertentem ad te: adsit ei Angelus testamenti tui Michael: & per manus sanctorum Angelorum tuorum inter Sanctos, & electos tuos in finibus Abrahæ, Isaac, & Iacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris: libera eam domine de principibus tenebrarum, & de locis pœnarum, ne famula tua vllis iam primeuæ natiuitatis vel ignorantiæ confundatur erroribus: Agnoscatur à tuis: & misericordia bonitatis tuæ ad locum refrigerij & quietis in sinum Abrahæ transferatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

DEbitum humani corporis sepeliendi officium fideliũ more complentes: Deum, cui omnia viuunt fideliter deprecemur: vt hoc corpus Sororis nostræ. N. à nobis in infirmitate sepultum in ordine Sanctorum suorum resuscitet: & eius Spiritum sanctis, ac fidelibus aggregari iubeat: cum quibus inenarrabili gloria, & perenni felicitate perfrui mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

OMnipotens sempiterne Deus: qui humano corpori animam inspirare dignatus es: dum te iubente, puluis redit in puluerem: tu imaginem tuã cum Sanctis & electis tuis æternis sedibus iubeas sociari. Per Dominum nostrum Iesum, &c. ℟. Amen. His omnibus finitis postquam sepultum fuerit corpus: * cele-

celebrās cum aqua benedicta aspergat tumulū, & dicat alta voce.
Pater noster. Et totum sub silentio dicat, deinde.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

ABsolue quæsumus domine animam famulæ tuæ sororis. N ab omni vinculo delictorum vt in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitata respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
Deinde dicat celebrans submissa voce.
Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.
Deinde omnes reuertuntur ad Sacristiam ordine quo venerunt cantantes Psal. De profundis cum antiphona. Si iniquitates, &c.
Deinde Sacerdos dicit.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
Oremus. Tibi domine commendamus. . vt supra fol. 59.
Et depositis sacris vestibus vnusquisque ad propria reuertitur.
Si vero defuncta fuerit Abbatissa, poterit huiusmodi missa celebrari ab aliquo Reuerendiss. Episcopo, vel Prelato, & deinde absolutiones omnes fieri, prout in Pontificali, & Cerimoniali cum quatuor alijs Prælatis, seu Sacerdotibus indutis pluuialibus nigris, & deinde cantari antiphona. In paradisum. cum reliquis antiphonis & orationibus: vt supra. fol. 63

TIT V-

OFFICIVM

Paruularum Puellarum, quæ sunt minores ad minus XII. annorum.

QVádo puella extrahitur, à Monasterio, facta aspersione cadaueris vt moris est, de qua supra in ordine sepelien fol. 60. à Sacerdote induto superpelliceo & Stola alba dicitur ab eo incipiente, & Clero prosequente antiph. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum. deinde dicuntur psalmi.

LAudate pueri Dominum; laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum; ex hoc, nunc, & vsque in seculum.
A Solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes gẽtes Dominus: & super cœlos gloria eius.
Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo, & in terra.
Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.
Gloria patri, & filio; &c. Sicut erat &c.

LAudate Dominũ omnes gẽtes; laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.
Gloria patri. Sicut erat in principio. Qui si non sufficiant ob lõgitudinem itineris ad Ecclesiam addantur Psalmi Beati immacula ti in via 118. & Domini est terra, & plenitudo eius, 23.

Cum defuncta delata est ad Ecclesiam, Sacerdos cum sua stola & superpelliceo intonat, & repetitur Antiphona. Sit nomen Domini benedictum vt supra, & interim fit confessio super populum vt supra in ordine sepeliendi si adsunt parentes: deinde dicitur aña. Hæc accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo, quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Kyrieeleiſon. Christeeleiſon. Kyrieeleiſon. Sacerdos incipit Pater noſter. Et interim aſpergit defunctam aqua benedicta, & adolet incenſo, vt moris eſt de quo ſupra fol.60. deinde ſequitur alta voce. ℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti.

℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens, & mitiſſime Deus, qui omnibus paruulis renatis fonte baptiſmatis dum migrant à ſeculo, ſine vllis eorum meritis, vitam illico largiris æternam: ſicut animæ huius paruulæ credimus te feciſſe. fac nos quæſumus per interceſſionem Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beati Bernardi Abbatis, ac omnium electorum tuorum, his purificatis tibi mentibus famulari, & in paradiſo cũ Beatis paruulis perenniter ſociari. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Succeſſiue ſacerdos incipit & chorus proſequitur antiphonam.

Iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini, & dicitur Pſalmus.

Laudate dominum de cœlis: laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum omnes ſtellæ, & lumen. Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini. Quia ipſe dixit, & facta, ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit. Laudate dominum de terra: dracones, & omnes abyſsi. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius. Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri. Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatæ. Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ. Iuuenes, & virgines, Senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. Confeſſio eius ſuper cœlum & terram:

ram:& exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel, populo appropinquanti sibi. Cantate domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia sanctorum. Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & filiæ Syon exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano,& psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes Dei in gutture eorum:& gladij ancipites in manibus corũ. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius: Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cythara. Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in cordis,& organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilantionis, omnis spiritus laudet Dominum: Gloria patri, &c. Sicut erat, quo finito repetitur canendo antiphona. Iuuenes,& Virgines, senes cum iunioribus laudẽt nomẽ D. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Deinde Sacerdos dicit. Pater noster, & pro sequitur secrete: & interim denuo aspergit aqua benedicta, vt moris est, deinde dicit alta voce.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Sinite paruulos venire ad me.

℟. Talium est enim regnum cælorum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam huius puellæ ad cælorum regna hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam Domine ita nobiscum misericorditer agere: vt meritis tuæ sanctissimæ passionis

& intercessione B. Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum in eodem regno nos cum omnibus sanctis, & electis tuis sẽper facias congaudere coelestibus. Qui viuis, & regnas cũ Deo patre in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum.

℟. Amen.

Postmodum Sacerdos incipit antiphonam. Benedicite dominum, & Chorus cantat canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini domino; laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino: benedicite cæli domino. Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino. Benedicite Sol, & Luna domino: benedicite stellæ cæli domino. Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnes spiritus Dei domino. Benedicite ignis, & æstus domino: benedicite frigus, & æstas domino. Benedicite rores & pruina domino: benedicite gelu, & frigus domino. Benedicite glacies, & niues domino: benedicite noctes, & dies domino. Benedicite lux, & tenebræ domino. Benedicite fulgura, & nubes domino. Benedicat terra dominum: laudet, & superexaltet eũ in secula. Benedicite mõtes, & colles domino: benedicite vniuersa germinãtia i terra domino. Benedicite fontes domino: benedicite maria, & flumina domino. Benedicite cetæ, & omnia quæ mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cęli domino. Benedicite omnes bestiæ, & pecora domino: benedicite filij hominũ domino. Benedicat Israel dominũ: laudet & superexaltet eũ in secula. Benedicite Sacerdotes domini domino: benedicite serui domini domino. Benedicite spiritus, & animæ iustorum domino: benedicite sancti, & humiles corde domino. Benedicite Anania Azaria Misael domino: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: laudemus, & superexaltemus eum in secula. Benedictus es domine in firmamento cæli: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in secula.

Quo dicto repetitur antiphona. Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lętitiæ & confitemini illi.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PRAEsta quæsumus Omnipotẽs Deus, vt animã huius puellæ ab Angelis lucis susceptam, in præparata habitacula deduci facias beatorum.

COncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercesſione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus qui miro ordine Angelorum ministeria, humanumque dispensas: concede propitius; vt quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominum nostrum Iesum Christum, &c.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

℟. Amen.

L A V S D E O.

Frater Dionysius Argenterius Abbas Tironelli, Sacræ Theologiæ professor, ac Procurator generalis ordinis Cisterciensis. Omnibus præsentes inspecturis salutem in Domino. Vidimus & perlegimus hunc codicem rituum & cerimoniarum Venerabilis Monasterij Sancti Bernardi apud Sanctam Susannam in Alma Vrbe eiusdem nostri ordinis, quas pias, & religiosas, ac Deo dicatis virginibus, & viduis congruentes iudicamus. Licet autem a nostris Cisterciensibus diferant vtpotè quæ tam ex rituario, Pontificali Romano, & alijs, quam ex priuilegijs vsibus, & constitutionibus eiusdem ordinis decerptæ videantur; nihilominus cum præfatum monialium Sancti Bernardi monasterium quibusdam singularibus priuilegijs, & constitutionibus fel. recor. Sixti Papæ Quinti ex sua fundatione, & institutione a reliquis ipsius Cisterciensis ordinis monasterijs discrepet, eosdem ritus, cærimonias, ac etiam orationes ipsius monasterij regulari obseruantiæ conuenire, eoque sine typis mandari posse censemus. In quorum fidem præsentes manu nostra Signauimus, Romæ die xxvj. Nouembris. M. D. XCIII.

Dionisius Abbas Tironelli Procurator Generalis Cisterciensis ordinis.

SVPERIORVM PERMISSV.

VTILIS COLLECTA CVM IMVS seu surgimus à lecto ex Breuiario ordinis Cistercienfis.

O Beata Trinitas, vnus Deus pater, fili, ac Spiritus sancte. Egopauper peccator ac indignus seruus tuus in terram pronus ex toto corde meo, tota mente, totisque viribus meis te Deum meum,ac Dominum meum colo, veneror & adoro: & id quidem cultu,veneratione & adoratione latrie.De ipsaque anima mea, corpore meo,ac omnibus sigillatim mẽbris meis Homagium,famulatum,ac seruitium tibi facio,& humiliter reddo: legem insuper tuam,mandata,fidei articulos,ac Euangeliũ Domini mei Iesu Christi toto mẽtis affectu complector, eisdemque credo,& firmiter adhereo,omniaque in contrarium vel in minimũ iota,dicta,scripta seu excogitata, tanquam mortiferum virus in eter num abhorreo,& abrenuncio.Et nunc per mãsuetudinem,charitatem,ac passionem ipsius Domini mei Iesu Christi,& per merita glo riose Virginis matris suæ,& omnium Sãctorum te deprecor clemẽtissime Deus, vt pauperime tuæ creaturæ miserearis, nec in æternũ irascaris mihi; sed parce mihi Domine,omniaque peccata mea miseratus indulge, viasq; meas in semitam mandatorum tuorum dirige, & hanc quoq; diem vel noctem sine impedimento seu delusione Sathanæ mihi pertransire permitte, ab omniq; immunditia mentis, corporis & animæ me potenter protege,atq; ad Matutinas horas vigilanter ac deuotè me perducas.Vbi necnon in cæteris Canonicis horis puro corde,sinceraq; deuota ac sedula mẽte tibi seruiam,iubilem,ac sapienter psallam,qui es benedictus & laudabilis,& gloriosus in secula. Amen.

CONFESSIONIS PRIVATÆ FORMVLA S. P. Bernardi Abbatis Claraualllis.

IN vnione accerbissimi doloris tui, qui causam doloris mei assumpsisti,& emẽdationem pro peccatis meis suscepisti,Domine Iesu Christe,cum vniuersitate dolentium, verè pænitentiũ, & te in veritate quærentium,cõfiteor tibi omnia peccata mea;ma

la com-

la commissa,& bona omissa,vel non purè aut negligenter facta: sicut in ea melius nosti in numero, pondere & mensura: & dies perditos vitæ meæ,in quibus te offendi, & laudem tuam minui, & à te summo bono cecidi, & proximum in casu traxi. Suscipe ergo Domine de mea misera vita residuum annorum meorum: pro his verò quos malè viuendo perdidi, quibus perdite vixi,cor contritum, & humiliatum Deus non despicias. Dies mei declinauerunt,& perierunt sine fructu. Impossibile est vt eos reuocem: sed placeat tibi, vt recogitem illos in amaritudine animæ meæ.Domine,abyssus profundissimus miseriæ meæ,abyssum inuocat altissimæ misericordiæ tuæ. Ne contineas in ira miserationes tuas, & fontem inexaustum misericordiæ tuæ circa me exsiccari permittas, propter peccata mea, qui misereris omnium, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitētiam. Tuum est Domine, remittere peccata, miserere mei, dum tempus est gratiæ, & miserationis, & dum tempus est emendationis, da mereri gloriam benedictionis: ne in die consumationis, me feriat verbum maledictionis. Fac me quæso Domine assueta mala relinquere, & quæ tibi placēt peragere, & studium quod hucusque in peccatis exercui, te adiuuante deinceps in tua voluntate da vt exerceam, vt vbi abūdauit delictum, tua gratia reabundet. Et rogo te propter temetipsum,& per amorem pijssimæ matris tuæ gloriosæ Virginis Mariæ, & per intercessionem omnium Sanctorum tuorum atque electarum tuarum,ignosce omnibus peccatis, negligentijs & ignorātijs meis, & ne perdas me cum omnibus iniquitatibus meis, neque in finem iratus reserues mala mea. Recordare Domine Iesu, quia tuum non est perdere quidquam eorum, quę pater tuus dedit tibi, quin proprium est misereri semper,& parcere, neminem perdere, sed saluare.Nam pater tuus misit te in mundum, nō vt iudices mūdum,sed vt vitam habeamus per te, vt sis propitiatio nostra, & aduocatus noster, non contra nos. Quod enim debuimus,tu soluisti, quod peccauimus,tulisti:quod neglexímus,tu suppleſti. Proficiat ergo mihi nūc Domine,& in extremis meis plenaria, imò superflua satisfactio, amarissima mors tua, & pretium inestimabile fusi sanguinis tui, commemoratio satisfactionis tuæ, venerabile mysteriū

cor-

corporis, & sanguinis tui quod tibi quotidie offertur in Ecclesia pro salute fidelium seruorum tuorum: in qua es tu ipse Sacerdos, & Sacrificium, ille qui offert, pariter, & cui offertur, & hoc ipsum quod offertur, ad promerendam in præsenti gratiam, quam non mœror: ad obtinendam in futurum requiem, & gloriam, quam tua a[illegible]arissima mors impetrauit. Imperfectum meum Domine Iesu, oculi tui viderunt, sed tu pie misericors & præstabilis super malitia, ne quæso imputes mihi ad æternum supplicium, quia omnia summum, & perfectum bonum optimè, perfectissimè & sapientissimè præordinasti, & ne permittas me deleri de libro vitæ, sed offer mihi portionem quæ me contingit in subsidium tuæ, videlicet preciosæ passionis, pro qua voluisti hominem habere tibi cohæredē in terra viuentium. Te igitur Domine moueat, & inclinet ad misericordiam humanæ fragilitatis consideratio, qui nosti quæ sit hominis substātia: & quod non vanè constitueris hominem super terram, & conserua me opus tuæ pietatis, ne incassum circa ipsum laboraueris, ne ue infructuosa sit in me immaculati cuoris tui effusio. Tu qui es purificationem faciens peccatorum, præsta, vt emundatis per te peccatorum sordibus, illustratusq; mētis acie cognoscam te, teq; agnoscens in directione iugiter ad te tendam, vt fœlici tandem exitu ad te merear peruenire Iesu Christe Deus meus, & Dominus meus. Qui cū Patre & Spiritu S. viuis, & regnas in secula seculorū. Amē.

LAVS DEO, GLORIOSAE SEMPERQVE VIRGINI MARIAE, AC DIVO BERNARDO Abbati Claraeuallis.

FINIS.

